PARACELSIA HENNINGI CHEVNEMANNI PHILOSOPHIÆ AC MEDICINÆ DOCTORIS celeberrimi,

DE

MORBO SVLPHVREO CAGAICO, quem Febrem vulgus nominat, ex quintuplici ente, Dei nimirum, astrorum, pagoyi, veneni & naturæ prognato.

IN QVA OMNES EIVS SPECIES & vera curandi ratio recensentur.





FRANCOFVRTI,
Sumptibus Nicolai Steinij.
ANNO M. DC. X.

AMPLISSIMIS INCLYTÆ CIVITATIS ASCANIENSIS SENATORIBVS, VIRTVTE, ERVDITIONE, SAPIENTIA, AC STEMMATVM antiquitate, Viris præstantissimis, Dominis suis perpetua obseruantia colendis

HENNINGVS SCHEVNEMAN, S. S. M. D. S. D.



VM febris ipsa Morbus sit & frequentissimus & acutissimus, vel cum iisdem omnibus plerunque connexus, maximum ab ipsa vitæ periculum imminere, nemo sanæ mentis dubitare poterit. Reliquorum etenim morborum plerique vnicam tantum corporis actionem lædunt; bellua vero hæc tam furiosa, non suo solummodo violentia & ferocitate; sed suorum etiam symptomatum, tam multitudine, quam magnitudine, omnes in vniuersum violat, debilitat, abolet. Eius igitur naturam (Senatores amplissimi) & ge-

nus perscrutari, non Medico solum; sed cæteris quoque hominibus utile admodum est, & pernecessarium: Illi ut certa methodo curet; His ut præcaueant, & febrem curanti Medico morem gerant:

Cuius utriusque commodorum nõ parumper auidus, cum non obscure animaduerterem, malefertatos quosdam errorũ Magistros, quos tenet insatiabile scribendi cacoëthes, medicam artem, non absque graui nostræ valetudinis iactura, perplexis usquequaque verborum anfractibus inuolutam esse; operæpretium me facturum arbitrabar, si quæ lõgo studio, ipsa quotidiana experientia rerum Magistra, qua multa sæpe recondita, hominumque generi non incommoda peruestigantur, cõsequutus essem, in syntagma breue redacta, veritatem ipsam sitientibus hauriendam publice proponerem.

Quia vero non ignarus sum, plurimos qui ipsi, vel ignauia, vel inertia, aliove animi morbo præpediti, in lucem edant nihil, tam rigidos tamen alienarum lucubrationum se præbeant censores, ut eas primo statim intuitu superciliis altis despiciant: liceat mihi bonorum virorum pace, non priuatam, sed publicam utilitatem venanti, in hoc instituto progredi, nec

inuideant labores, quibus indefesso studio vires exantlamus, qui ipsis vicissim, quæ Deus ijs otia fecit, (si modo Deus fecit) non inuidemus. Cogitent, & vel hoc nomine à temerariis iudiciis abstineant, quot librorum de febribus, vna cum totidem coaceruatis medicamentorum formulis, lucē aspexerint myriades: Quot indicationes, quibus ad amussim aduersis Medicus innitatur, præstituerint, qui prælucere doctrina volunt alius, qui Phœbi penetralia sibi lustrasse blandiuntur, cogitent, inquam, quantam illi confusionem maximam pepererint, ex qua ne ipsos quidem Medicinæ Coryphæos, si adessent, facile & laudabiliter emersuros, aut vnde primordium capiendum, coniecturos esse putem. Vnde cum linea rerum omnium extrema mors suapte sponte sit præsto, & pauci admodum reperiantur, qui artis fundamenta ad compendium conferant, pauciorem numerum, si non adæquare, studiose tamen æmulari conatus sum.

Quanquam autem ab ipso studiorum medicorum limine ad methodum, quam dicunt rationalem, à veteribus, tum Græcis, tum Arabibus, traditam incubuerim, veritatis tamen inuitatus amore, eiuscemodi curā casu potius,

quam arte prouectum, vel inuitus confitear oportet. Quod non in aliis, at in me ipso diu, multumq; morbis conflictatus, non absq; sanitatis meæ dispendio, proh dolor, sum expertus.

Ea propter, quæ verum expolit, & consumat Medicum, quæ singula in sua resoluit principia, quæ occultum à manifesto separat, quæ

Virus ab infectis abscindit partibus ægri,

Mitiaq; affectis imponit pharmaca mẽbris,

philosophiæ hermeticæ nauaui hactenus operam, cui varij labores rimandæ sunt impendẽdi, qua nimirum ratione, metalla, mineralia, herbæ, animalia resoluenda, sublimanda, & in destinatum vsum præparanda sint. Hanc qui penitius introspexerit, omnibus de rebus sciẽter, perite & ad veritatis normã apposite disserere potest; nihil tam obscurum est, quod eius lumine nõ splẽdescat, nihil tam inuiũ & inaccessum, quo subtilitate sua non peruadat. Contra, qui labori subeundo collum subtrahit, quid artis fundamẽta iactitat ἄλογος & iners? Quibus munimẽtis sua dogmata, quæ propter Doctorum discrepantiã, in mechanicum abierunt opificiũ tutabitur? Sed ad altiora pudet huiusmodi humanæ vitæ & valetudinis temerarios periclitatores anniti, sed ad interiora penetrare pi-

re piget, maluntq; cum Galeno iurati veritatis hostes, errare turpiter, quam cũ Theophrasto, & alijs naturas rerum indagantibus, sentire prudenter; Quid ita? Nunquam enim veram hermeticam de limine salutarunt medicinam, nunquam in veræ philosophiæ rudimentis solidum fixerunt vestigium, sed ex lacunis tãtum haurientes, vix illius umbram aspexerunt, sed fontes ipsos nunquam adierunt, ex quibus suæ qualiscunque medicinæ hortulos irrigarent. 281

Cum Prætidibus igitur usque delirent, ac Andabatarum morem, clausis oculis, cum hoste naturæ pugnent isti Misochymici, studiosos modo homines Hermetica Sacra libare nõ prohibeant; At eheu, similes habẽt labra lactucas. Namque iurisiurandi Sacramẽto rudiorem illam ætatem, ne de suis verbis, de sua suarumque scholarum methodo, vel latum unguem quondam discedant, adigunt, perinde ac Neocles in uterum matris Epicuri omnes sapientiæ atomos undique concurrisse solebat dicere; Ita natura rariores suas dotes in unum Galenum tam liberali manu profuderit, ut nihil habeat hæc ætas, quo antiquioribus seculis possit præferri. Hinc cum tam

durum iugum excusserim, ignari naturæ quidam blaterones, Hæreticum me proclamitant, & iuramentum violasse præstitum oggrunniunt, quos susque deque fero.

Contra namque bonos mores, contra veritatem iuramentum à iuuene emissum quid obligat? Quasi vero, qui pro diuina sua gratia proximum meis laboribus & conatibus meis adiuuandi largitus est mihi gratiam, ab hoc me non tantum absoluendi, sed vberiores quoque donādi indulgentias non haberet potestatem? De quibus omnibus Deo ter opt. max. suos ad pedes identidem prouolutus, maximas ago gratias.

Vero enimverum eum conscientia mea non ita distenderit, vt arguunt viscera sua, meque veram esse consequutum absolutionem indubitatus cōfidam, Quæro illos τῆς δουλώσιος *vindices acerrimos: Num iuramentum illud Deo, vel hominibus nuncupandum sit. Homini si responderent, quid ergo tam strictissime efflagitant? Veteres namque naturam ita perscrutatos fuisse, vt omnem prorsus tam exploratā habeamus; aut Deum charismata sua in incredulas gentes, tam abundanter effudisse, vt posteris fidei luce collustratis præseruarit nihil,*

quo

quo nomen EIVS magnificaretur, quis tam perfrictæ frontis est, vt affirmare non inausit? Quis non videt, hac tempestate virorum doctorum æmulationem artibus omnibus, tantum decus peperisse, vt nihil antiquis seculis debeat hæc ætas inuidere? Et Medicina sola infinitis nugis sepulta, non vllo tandem æmulationis beneficio sic reuiuiscat, vt liberum sit dicere.

Sumpserunt artes hac tempestate decorem,
Nullaque non melior, quam prius ipsa fuit.

At at quanta licet Humoristas mirabili sapientia conuincant, quanta ingeniorum felicitate naturæ causas præscribant Hermetis Filij, in vnius tamen Viri Ethnici verba nuncupandũ est iuramentum, & vel inuitis etiam Apolline & Musis seruandum est, siue occidat, siue pristinam sanitatem recuperet ægrotus. Dico Humoristas aberrasse, ἰδιοσυγκρασίας, proprias ægrorum morborum medicamentorum naturas ac præparationes non cognouisse, en mox periurus sum. Iuramentum vero cum sit attestatio veri, verũ per sensus cognoscatur, quis periurus erit? vos, qui veritatem inani verborum serie impudentes opprimitis, an ego, qui veritatem per experimenta patefactam in lucem

profero? In quo ſane congreſſu non erit Patroclo petendum præſidium ab armis Achillis aduerſus Hectorem. Non enim conſiderandum eſt, qui dicat, inquit, Diuinus ille Plato, ſed quid dicatur, omnibuſque promiſcue fides debetur, ait Ariſtoteles, qui verum & cum ratione loquuntur, iis ſcilicet ſolum qui dicta non per inanes intellectus conceptus, ſed per experimenta comprobant.

Quod ſi vero Deo iurauerim, me ſcire neceſſum eſt, quid Deus velit, quid à me exigat; Ille me vocauit vt ipſum in natura cognoſcerem, eius facta perſcrutarer, dona mihi collata in pauperes diſtribuerē, poſteritati præclara illa artis experimenta traderem. Quod meo pro modulo dū facio, vobis periurus ſum? Qui non videtis, vt ad curſum equum, ad arandum bouem, ad indagandum canem; ſic hominem ad duas res, vt ait Ariſtot. intelligendum & agendum eſſe natum, quaſi mortalem Deum? In ampliſſimum namque mundi theatrum, tanquam ad Emporium, demiſſus homo, res varij generis, tanquam merces ſibi obiectas eſſe intellexit, quarum excitatus pulchritudine, miraretur primum, tum demum philoſophari inciperet; Nec tantum

vt tar-

vt tarda aliqua & languida pecus ad pastum & procreandi voluptatem ferretur, sed in diuiniora, in sublimiora mentis aciem dirigeret. Vtri obtemperandum igitur, oculo nequam, an Deo?

Veteres quidem Auctores, summis extollo laudibus, quod ætate sua variarum sibi cognitionem rerum acquisiuerint, quod proximum suum, & posteros industria sua iuuerint, & Duces atque Principes ad Medicinam nobis exstiterint, quo cæteris opitulari, & alios seruare possemus. At neque mihi, neq; tibi horum studium sufficiat, quo minus indies nostro studio adaugeamus, penitioreque naturam indagine peruestigemus. Nec iniuria. Nemo siquidem naturam, quæ propter immensam profunditatem imperscrutabilis est, ratione sua quantumuis acutissima se perstrinxisse, aut propter exiguum humanæ vitæ curriculum, eius perfectionem ita consequutum fuisse, iactitare se poterit, ne reliquum sit, quod negotium facessat, etiam non vulgariter eruditis.

Disceptatur pluribus, & ambitiosis verborum inuolucris discentium aures suspensæ tenentur in scholis; quæ, vel quid sint principia

physica?

physica: & quæ cœli materia? qua basi nitatur, & quiescat terra? qui producta fuerint elementa? quod firmamenti initium? Adhæc metallorum, mineralium, arborum atque herbarum proprietates quomodo prognatæ? tum qui homo cæteraque animalia suam formam primitus indepti, singulorumque vitam, virtutes, atque facultates ingenio venari conãtur, & tot tamque distractas à se inuicem de plerisque fingunt opiniones, vt verborum lenocinijs, mutent quadrata rotundis, nigrumque in candida vertant.

Vacillari porro maximam eiuscemodi opinionum partem, nec certæ rationis firmamento stabilitas esse sapienter vt ostendam, quid laboro? cum ex mera imaginatione Pseudomedicorum dependeat fundamentum, nec verum demonstrationis vsum nouerint. Cogitationes quidem liberæ sunt, ad cœlum volitãt, ad intima terræ penetrant. Quia vero cogitationibus non respondet experientia, multum à vero aberrare possunt, & à mera opinione dependent. Vnde speculatorem dicere, non putaram, sensus & commentationes meas tam inanes atq; vietas esse ac vel inuitum profiteri tandẽ oportet. Non aliter ac Mechanicus ingeniosior

arti-

artificiosum opus concipit, v. g. quadraturam circuli, motum perpetuum, vel id genus alia, ex rebus aneis affabre cõstituenda; Cum vero ideam in actũ producere nequit, opinio tãtum irrita manet, nec consummatum opus dici meretur: Ità cum secretis naturæ disquirendis cõparatum est, quæ manibus tractari, aut opificiorum mechanicorum instar, omnia formari debent, nec sola rationis indagine peruestigari possunt. Non dicam quanti labores, quanta diligentia requiratur abstrusam in illis vim eruendi. Quod sane per vnam & solam separationem fiat oportet, vt natura dispescatur, bonũ à malo secernatur, & quid in centro suo foueat generaliter, de se in specie protrudat.

Vnde μακρόκοσμος καὶ μικρόκοσμος; *imo & vniuersa, quæ ex ijsdem gignuntur, circulo, cuius medium cẽtrum est, comparantur. Inflectas quotcunque volueris circulum, rotundus permanet, & centrum immotum. Pari ratione verus Philosophus, cuiusque corporis cẽtrum perspectum habeat, quod in quacunque essentia fixum hæret, Corpus vero liberum est ad arbitrium variare, quod distinctas in formas, pro vt virtus ipsi cælitus infusa est, transmutari poterit: v. g. Rem naturalem mihi subiectam,*

refero

resero separationis claue media, & per ignem omnium probationum Principem atque Magistrum, quid ex ea confici possit, inquiro; Cuius tot, tamque abditas inuenio corporũ mutationes, quæ prius mentem meam nunquam subierunt. Ex his etenim conficitur puluis, oleum, aqua, sal, spiritus, fumus, in quarũ destillatione, digestione, circulatione plurima visuntur miracula, multi, inquam spirituales colores atque corporales, qui miris & stupendis refulgent apparitionibus, modo nigris, modo cinereis, nunc candidis, iã cæruleis, interdum viridibus, aliquando flauis, rubeis, cumatilibus, & diuersa forma distinctis, vt nullius tantũ sit flumẽ ingenij, nulla dicendi, aut scribendi tãta vis, tantaq; copia, quæ singulos enarrare possit. A quibus præparationibus variæ promanant operationũ virtutes, quarũ nonnullæ corrodũt, quædã mites sunt, & benignæ, quædã acres & amaræ, quædã dulces & iucundæ; prout vnũquodq; præparatur, ita bonũ vel malum, vitã aut mortẽ, virus vel medicinã impertitur: ex salubri præsentissimum sæpe venenum, & ex veneno pharmacum elicitur efficacissimum.

Nec alicui paradoxũ videatur, cũ id omne, ab vna præparatione dependeat, quod licet non

capiat

capiat iners, veritati tamen maxime cōsentaneum est, natura per experientiā se suā ita prodigente. Quid? num internā humani corporis dispositionē oculis captus explicabit? quā Medicus perspicax corpore per anatomiā distermina to, vbi cor, vbi cerebrū, vbi iecur, vesica, renes, vētriculus, ilia, venæ sedeāt oēs, & quo referātur & q̄ habeant figurā dijudicat, q̄ dissectione nondū facta, velut abstrusa præterierūt ipsum.

Et quemadmodū effodiēdo metallicus, subtus montē venas, quando abundēt ære, visu penetrare nequit, donec fibras excauarit, & inuēta, per ignē metalla explorauerit, tū demum τὰς διάνεμας *& fodinæ fructus percipit. Ita qui Philosophū se profitetur, in omnib. se talē gerat oportet, aut Philosophi nomē ei relinquēdū est, qui scil. de rebus atq; cæcus de colore disserit.*

Cumprimis itaq; fundamentum quod natura reconditum in se cōplectitur, oculis & manibus eruas, sic scienter & cum experimēto prudēter loqueris, ac supra petrā firmissimā domum tuā ædificabis; hoc præsidio destitutus, nugiuendulus, cuius verba sunt absq; experimento lubrica, turbinumque procellis domus arena superædificata nutat, diceris. Cuius scientiæ caput, vt præmissum est, per resolutionem, separationem,

nem, ac anatomiam rerum omnium, quæ destillatione recludendæ sunt, inuestigatur. Per hanc separantur elementa singula, per hanc quid frigidum, & humidum, quid calidum & siccum sit, discernitur, per hanc tria rerū principia, quā ratione, spiritus, aqua, oleum à corpore disiungantur: Qui cuiusuis materiæ sal extrahatur, & in spiritum denuo commutatur; Qui tria illa rursum aduniantur, & ignis magisterio vnum in corpus redigantur, docemur. Adhæc indagimus, qui quodvis facta separatione ad debitum sibi locum, noua combinatione sua, possit adhiberi, quod absque adminiculis istis nulla ratione fieri potest.

A prima quidem creatione terrestris ac mortalis est homo, separatus vero per mortem anima, corpore, spiritu, & subtus terram putrefactis, cum nouissimum aget Altissimus iudicium, à mortuis ad vitam reuocati hominis, & corpus, & anima, & spiritus, indiuiduam vitæ societatem iuxta symbolum Apostolicum, & scripturas sacras, inibunt. Corpus non amplius erit terreum, non mortale, sed cæleste, sed clarificatum, ad instar stellarum pellucens. Et vt post nubila phœbus, sic ab omni terrena cōcretione soluta, per artem spagyricā, tria prima

corpora

corpora prodeunt, mortale exuitur, virtus vitalis perfectionem suam assequitur; obstaculo namq; remoto, virtus sese exerit.

Hac separatione palam fit, quod tria duntaxat sint prima corpora, Mercurius, Sulphur & Sal, unumquodque secundum naturam & essentiam suam. Hæc quisquis cum veritate consentire negauerit, ad centrum terræ penetret, ac quæ incredulus hebete stupidoque suo consequi non potuit intellectu, perspecta tenebit omnia.

Persuasurus vero mihimet aliud, inani me non pascat futilitate, sed iuxta specimen edat experientiæ, sine qua nudis vt fidem habeam verbis, nemo perfectæ rationis homo consulet, sed operationes ipsas annotem oportet, vt Thomas Apostolus qui demonstrationem desiderabat, quem merito tacitus hic præterire deberem. Quia vero Theologia & naturalis fides & incredulitas hiatu pari distincta sunt, illum allegare non dubitaui. In cœlestibus enim & terrenis, quo ad fidem & scientiam, maximam esse differentiam, quis non videt? in æthereis item ac sublunaribus? Aetherea per accuratam imaginationem Arithmeticæ subsidio deprehenduntur, sublunaria vero speculatione &

 separa-

separatione. Speculatione fit conceptus, separatione demonstratio. Prius est phantasticum; nihil nisi chymaram fabricat, & in exteris actionibus suum fallit speculatorem. Alterum firmum est, separat corpus à spiritu, mediante arte spagyrica, vt discerni possit vtrumque.

Cum igitur in vtroque reuera sit anima; in singulis etiam fluctuet, cæleste & terrestre vinculo tanquam constringens, vtroque separato, vt anima corpus necessario relinquẽdum sit, tria illa seorsim deducta conspicies, quæ secundum realem cognitionem, & coniunctionem suam victoriosum & clarificatum omnibus modis perfectius corpus, eo quod maxima terreitatis pars euanuerit, constituunt: Cælis namque & terra per ignem à creatore suo liquefactis, terreum crassitie per ignem exuitur & mediante eiusmodi emundatione, ad eundem dignitatis gradum, euehitur. Omnia enim ab vno, per vnum, ad vnum. Non aliter ac per vnum hominem mors intrauit in orbem terrarum, ita per vnum hominem reconciliationem ad vitam recepimus.

Creator & molitor rerum omnia quõdam per ignem dissoluet, vt ex omnibus vnum fiat,

quod

quod futurum erit cœleste, cui terrestre, velut æterna gloriæ, Diabolus atque mors per ignem cesserit. Tunc electi videbunt maiestatem Dei, qui in vna essentia & trina hypostasi, omnia est in omnibus. Sic nobis modicæ fidei hominibus, per indiuiduam suam essentiam tres diuinitatis personæ, quænam eiusdem sint creaturæ & quæ ratio præfigurarunt, & per inuestigabilem sapientiam suam, quod cognitu mortalibus difficilimum erat, intimarunt. 28

Quicquid igitur per naturam, per creatoris agnitionem reuelatum est, sola arte spagyrica sedulo indagandum; Quicquid incomprehensibile, quod vna fides gubernat, in seculi consummatione subsequetur.

Hoc igitur verum & solidum philosophiæ fundamentum est, sub quo mysterium ab innumeris hactenus tanto desiderio efflagitatum latitat, cuius causa, vt scilicet veram illam sapientiam, veram cognitionem, diuturnam vitam, prosperam corporis valetudinem, & diuitias indipiscerentur, tot labores infinitos exantlarunt, tot molestias deuorarunt, tot tantosque sumptus effuderunt.

Insigni artis medicæ peritia spectatissimi viri, me ipso priores, frequentibus suis adhor-

tationibus, & quasi stimulis rem eo tandem adegerunt, vt in plerisque pharmacopolijs olea, extracta, salia, spiritus artificiose pararentur, quibus à morbis acutioribus atque chronicis plures liberati sunt. Verum ad veram philosophiæ trutinam rem examinans, pleraque eiusmodi pharmaca non in omnibus morbis esse vtilia reperi; Eapropter, quod natura in vno non contineatur, sed omnia tria ad resoluti redintegrationem maximopere necessaria videantur.

Quis sanæ mentis homo in sinistram igitur de me interpretabitur partem, quod ad communem multorum salutem huiusmodi medicinas præparem, alijs præparandas persuadeam, cuiusmodi priores me pauci præstiterunt, sed ipsam artem spagyricam occultis inuoluerunt ænigmatis. Vnde in nullis hæc remedia myrothecijs hactenus cõcinnata in vsum publicum prodierunt.

Doctori Henrico Cunrad memet inuisenti, & Athanarem suum, quo omnia mixta resoluere potest solertissime, quæ patientibus deinceps simplicia distribueret, monstranti: persuadebam, vt ad perfectionem anniteretur, corpora coniungeret, coagularet, & herbas in pristinam

stinam integritatem glorificato corpore indepto restitueret, de Absynthio periculum sumpsit, lapidem Absynthinum fecit, ac opusculo suo prodidit, quod mitiorem in partem ei verto, cum vtilitatem publicam concernat, & operationes Chymicæ natura sua sint admodum difficiles. 283

Quid? annon indubitatam veritatis spem ostendunt olea, quæ ventriculi tunicis ob viscositatem inhærentia suas in eundem virtutes tantummodo exserunt, reliquas vero partes nō attingunt? Salia solum vrinam prouocant, præterea nihil fere rimantur? Spiritus propter tenuitatem sursum ad caput vergunt, & ob nimiam actiuitatem & tenuitatem id sæpius lædunt; Vbi vero tria prima corpora à terrestreitate separata, per se coniunguntur, & in vnum coagulantur, oleum suam viscositatem salis mixtione exuit, sal acrimoniam olei viscositate deponit, vtriusq; vero mole spiritus volatus deprimitur & congelatur, ne sursum spiritus tendat, nec tenuitate sua caput lædat, nec oleum viscositate tunicis adhæreat, nec sal acrimonia sua stimulet vrinam: herbæ suas vires pristinas indipiscuntur vt ad omnes partes citra concretionem corpoream illam crassam subito

 deste-

deferantur, & discessum primorum corporum, qui solus morbus est, præpediant, atque instaurent.

Cum ex vnaquaque igitur herba sua tria prima corpora extrahendi, purificandi ab omni fæculenta terreitate separandi, & rursum in vnum coagulandi labores alijs persuadeo, quæ lapides vegetabiles natiuum herbæ virtutem in se complectentes, non immerito dico; Ecce perperam egi, qui illa doceam, quæ Galenus neque sciuit, neque trita fuerunt hactenus.

Eapropter quæ longo vsu diuturnaque experientia consequutus sum, Paracelsiam quid non dicam? Non quod Paracelso mea commendatione quicquã accedere velim, sed quod rari cũ eiusmodi præparationibus in publicum prodierint.

Tantæ sunt etenim Paracelsi laudes, vt nec gliscant celebrando, nec vituperando diminuantur. Nec iniuria. Hic etenim ex nobili prosapia Sueuigena apud Eremitas natus (vt buccinat Valentinus de Retijs) à Stoicis Paracelsus magnus vocatus, ducentos & triginta libros in philosophia scripsit, Et quadraginta sex libros in medica solennitate edidit.

Et duo-

Et duodecim de Republica emendauit. Et septem in mathematica construxit arte: Sexagintasex in Nigromantia libros condidit. Et tria opera simul in vnum librum composuit, qui Theophrastia nuncupatur. Primum opus ARCHIDOXIS dictum: In quo declarat extractiones & separationes virtutum ab inualido: Secundum PARASARCHVM dictum: In quo de summo bono tractat in æternitate. Tertium CARBOANTES dictũ. In quo transmutationes declarat in forma & esse.

Scripsit Gellius Zemeus de isto Theophrasto Germano philosopho ad Passuuallem Cepheum. Apud Germanos nunc vir Adolescens existit, cui par orbis non fert, qui adeo excellenter in philosophia, medica & mathematica arte, atque de Republica & iustitia scripsit. Quod credo, aut mira influentia in eo sit natalis, aut maior spiritus sancti gratia in eo, aut vniuersa existentia Dæmonum. Nam inhumanum hoc est perscrutari, quod ipse vilipendit saltem. Doctiorem me legisse memor non sum. Hæc ille.

Quare Paracelsi omne in medicina punctum ferentis, cum non susceperim patrociniũ, cuius scripta omnium doctißima mea com-



PARACELSIA, DE MORBO SVLPHVREO CAGASTRICO, QVEM FEBREM VVLGVS NOMINAT.

Proœmium.



Aria morborum genera, morborumque causas ac curationes, ex ente solum naturali, quod in sex res non naturales, aerem, cibum, potum, motum quietem; somnum, vigiliam; repletionem inanitionem, animi affectus distinxerunt, suam originem trahere; hactenus professi sunt M sochymici, ad hoc solum ingenium, mentemque omnem impendentes. Verum præter id, quatuor adhuc esse alia, nempe, Ens astrale, Ens venenale, Ens pagoycum, & Ens Deale, quorum vi corpora nostra sint obnoxia, & ab iisdem in morbos agantur, ne per transennam conspexerunt.

Febrium quidem genera in 70. prope species distribuere; Febres quinquies septuaginta numerandas esse non animaduertentes. Operę

pretium igitur erit, ne entia illa incomperta vel incognita silentio transseamus. Quocirca more nostro morbi sulphurei causas ac curationes ex quintuplici ente profectas, circa amphibologiam breuiter iuxta experimenta nostra referemus.

CAPVT I.

De communi morbi sulphurei, seu omnium febrium essentia.

SECTIO I.

Sententia Galeni de febrium essentia.

MOrbo sulphureo seu febre correptum, calorem præter naturam, totum corpus occupantem, hominem ipsum offendentem, & actiones lędentem sentire, lippis tonsoribus omnibusq; febricitantibus notissimum est. Ardui laboris igitur haud erat, febrium essentiam in calore statuere, tamque diu res ipsas, animalia, ipsorum humores incorrupta manere, & ab omni putredine libera, quam diu reguntur à natiuo calore. Quotiescunque vero hic adaugetur ab aliena caliditate, quæ ambientis est, corpus rarefacit, quo rarefacto trahit ad se calorem à centro ad circumferentiam, quo attracto non amplius potest dominari passiuis, & continere humidum vna cum sicco iunctum. Ea propter humidum diffluit, à sicco separatur, & continui solutio suboritur, qua denique com-

completa, febris terminus, mors adest.

At Galeno Febris solum est totius animalis calor immodicus, seu calor præter naturam totum corpus occupans. Et libr. 9. Meth. Febris est intemperies calida, in totum corpus diffusa adeo aucta, vt cor ipsum vexet, & actionem lædat. Quam vera autem hæc sit definitio, ex doctrina Hippocratica liquebit.

SECTIO II.

Sententia Hippocratis de natura febrium.

FEbris essentiam non in sola qualitate collocādam esse, curationis scopus, febris terminus ac senioris nostri Hipp. authoritas arguunt. Hipp. calidum innatum esse substant ā facultatis vitalis asserit; Et alibi Calidum innatum, aut animā, aut primum & principalissimū animæ instrumentum, vel calidum insitum, esse operum naturæ efficacissimum. Quamob. ē præter intemperiem, aliud in hoc affectu latere, minime dubitauit. Quin imo febrem πῦρ idest, ignē vocare haud erubuit, qui ipsam substantiam totius corporis, hoc in affectu inflammatam quasi ardere cognouit. Idipsum ipsa αὐτοψία demonstrat, si membra quidem in febre conspiciantur adusta, haud secus, ac si à fulgore essent tacta vnde πυρετός Græcis dicitur. Quo pacto autem πῦρ in corpore accendatur, vt flagret, & cor, iecur, lienem, pulmonem, musculos, carnem, cæteraq; corporis membra ad...at,

adurat, Misochymici humorum illuuie fascinati, intactum reliquerunt.

SECTIO III.

Sententia Fernelij omne corpus sulphureum esse, atque flammabile.

SVpra elemētarem naturam diuinius quoddam in spiritibus, seu subiecto, fomento, & vehiculo, consistere, intellexit præ cæteris diuinus Fernelius. Si namq; calor is per quem vita, & sanitas animantibus inest, ex prima elementorum mixtione fluxisset; tunc manente eadem mixtione temperamentoque, etiam vitam & sanitatem manere necessum esset; sed constat in singulis partibus animalis demortui superesse, ac residere, eandem quatuor elementorum permixtionem, absente tamen sanitate ac vita: Calor ergo elementaris sanitatis ac vitæ causa non est.

Quod si calor calorem non corrumpat, quo magis corpora incalescerēt, eo saniora forent, si caloris vigore sana dicantur, Quo enim calor vberius circumflueret, eo functiones naturales, quam felicissime ederet. Felix ergo esset eius vbertas, cum calidum à sua natura nunquā degeneret: Non ergo calor auctus, actiones edet titubantes, ac vitiose, sed validiores. Quod tamen falsum esse, febricitantes experiuntur, quæ longius deducit Fernelius, vt apud ipsum videre est.

Osten-

Ostendit præterea caloris huius substantiã, humidum radicale esse, illudque valde pingue, comparatque oleo. Humidum illud primigenium more olei, omnium corporum celerrime inflammatur, quantoque vnumquodque ad olei naturam propius accedit, tanto deprehenditur magis habile & aptum, vt inflammetur, quo autem abest lõgius, eo ineptius. Hinc fit, vt Fernelius pulcherrimum theorema ex hisce principiis colligat. Corpus omne quod inflammari potest olei cuiusdam esse particeps, huiusque solius gratia conflari. Quodcunque autem olei est expers, flammam non habere. Ex hoc theoremate, aliud deducit, veteribus omnibus inauditum, quod tam est longe verissimum, multisque huius seculi experientiis confirmatum. Nullum corpus est ad inflammationem propensum, ex quo sincerum oleũ arte elici non possit. Non adeps, non cera, non pix, non resina, non terebinthina, non vllum denique ligni, stirpisue genus, nulla radix, nullus flos, nullus fructus, nullum semen. Atque in animantibus, nulla pars est, siue os, siue neruus, siue membrana, aut caro, nihil denique in stirpium aut animantium genere vitam habuit, quod non posset oleum de se profundere, aliud quidem affluentius soloq; pressum, aliud parcius, maioreque industria. Et quamuis non omnia ardeant, vt lapides, Alchimia tamen cõmonstrat, & hos, & metalla, & alia omnia incombu-

combustibilia credita, flagrabilia reddi posse. Vnde etiam quæcunque sunt, inflammari posse certum est.

Cognouit hoc Aristoteles, dum calorē nostrum residere autumat, in ipsarum partium singularium spirituosa substantia, & humido substantifico, quod pingue, crassum, lentum, multum, imputribile esse oportet, ad vitam diuturniorē lib. de long. vit. Hoc autem humidum radicale, seu primigenium, glutinis modo substātiæ terreæ partes coagulat & continet. Quo assumpto à calore, vel natiuo, vel externo, continuitas partium dissoluitur, & res ipsa in cinerē, aut puluerem redit. Quis vero tam hebes, vt nō animaduertat Arist. Sulphur descripsisse? Sulphuris vita quid aliud q̄ combustilis quidē, sed odorifera quædam pinguedo, omnia corpora à putredine præseruans, naturam regeneratiuam in se habens? Forma vero Sulphuris quid præter oleum? siue embrionatum, siue minerale, siue metallicum, siue congelatum sit, in liquorem resolui potest, & accendi.

Quoties igitur hęc pars corporis inflammatur, vt ardeat, febris orta est. Præ cęteris cognouit hoc Plato in Thimæo, vbi inquit, Febres continuas fieri ex igne. Neque id à doctrina Hippocratica alienum est. Bilis, inquit, Hipp. est veluti Sulphur, quo accenduntur reliqui humores. Vnde necesse esset, quod bilis arderet, alioquin reliquos non accenderet humores.

res. Nam Febris, ignis opera imitatur vrendo, liquando, dissipando. Ob id Gal. diffiteri non potuit, Febrem esse calorem natiuum versum in igneum lib. Aph. 14. Igneus vero calor, quid aliud, quam Sulphur ardens est?

SECTIO IV.

Quænam sit vera morbi sulphurei essentia.

RE&c Paracelsus materiam in febro peccãtem nihil esse aliud docet, quam sulphur & sal petrę. vt hic morbus, vero genuinoq; nomine, morbus nitri sulphuris incẽsi appelletur. Dum enim à potentia salis sulphur in sanguine, recrementis, vel solidis accẽditur partibus, flãma ac ardor excitatur. Sciendum etenim est, salem petræ, seu nitrum, tam in magno, quam minore mundo, nihil aliud quicquam esse, quã essentiam spiritualem & excrementum omniũ salium, adeoque naturam hermaphroditicam habere, ita vt nec omnino sal, nec omnino sulphur existat. Hinc sulphuri ar&e iungitur & incensus qnoque ardet. Ideo à sale nitri, cagastricus dicitur morbus, vel maxime quod per cagastrum initium sumpsit, nec quicquam ab iliastro commune habet, nunquam enim sulphur in corpore arderet, nisi scintilla ab astro incidens illud incenderet.

Quoties igitur sulphur ab astro suo accenditur, febris oritur, qua orta corpus calorem fumosum, fuliginosum & flammeum eructat. Gal. id eleganter 3. de præsag. ex puls. 5. combustio-

bustione ligni explicat. Vbi enim comburuntur ligna, primum apparet fumus, deinde fuligo, tandem flamma, quando illa in carbones ignitos conuertuntur. Vnde in febribus adest calor fumosus, calor flammeus, quando iam adest carbo ignitus. Pariter Gal. 1. Aph. com. 14. dicit. Sed & effluxus, qui à toto corpore fiunt, caloris quidem aduentitii sunt fumei, fuliginosi, aridi & acres. Hi aliunde prouenire non possunt, nisi ex ardore corporis Sulphurei. Siquidem omne corpus ob admixtum Sulphur quod in se reconditum habet, solum fumum, fuliginem & flammam edit. Hinc nolens volens Gal. fateri cogitur in febre corpus ardere, quamuis quid ardeat in corpore, significare noluerit. Nam sola qualitas, seu intemperies calida, nec fumosa, nec fuliginosa, nec flamea est, sed ipsum corpus, quod flagrat fumũ, fuliginem & flammam emittit. At Misochymicis corpus in febre ardere, cum nulla appareat flamma, haud persuadebis; Cum tamen id vulgo, & carbonariis sit notissimum, eo quod ligna in carbones, nulla apparente flamma, comburant. Idem plane euenit nostris corporibus, vt hic ardor sit inuisibilis; quamuis quidam attestantur, se vidisse quosdam vino adusto ebrios, flammas sulphureas easque subtiles ac cæruleas ex ore eiaculasse ac subito interiisse.

Neque viris alias doctis in dubio est, quod bilis

bilis incendio incandeſcens febrem accerſat, Heurnius id hoc probat argumento.

Illa ad vſtionem flammamq; concipiendam ſunt paratiſſima, quæ cum diptomaria ſunt calidiſſima & ſicciſſima; quæ vero humore madent, nec natiuo calore circumfluunt, ea citius putredine contaminantur, vt aſſerit Gal. At bilis in humano corpore, eſt omnium ſuccorum calidiſſima & ſicciſſima: Quare citius exuri, quam putreſieri poterit, & iominaria vredine necdum putredine labefacta, febrem corpori adferet. Gal. ipſe talem in Iuuene febrem depingit, qui erat viginti quinque annorum, tẽperaturæ ſicciſſimæ, muſculoſo habitu, corporeque hirſuto, hic longo itinere, laboribus, vigiliis, curiſque fatigatus fuerat, huic Gal. ineunte paroxiſmo cibum exhibuit, id non facturus in initio putridæ. Patet ergo, quod Febris incendio ſubſtantiam corporis exurat, ob quã cauſam Hipp. aſſerit ex ſola bile, Febrem oriri, lib. de nat. humana, vbi ait οἱ πλεῖστοι τῶν πυρετῶν γίνονται ἀπὸ τῆς χολῆς. Hoc idem videtur Ariſt. adſcripſiſſe Anaxagoræ, nimirum bilem eo quod prompte in incendium abripitur, acutorum morborum cauſam eſſe. Quam ſententiam etiam ſi damnaſſe videatur, dum tamen ad mentem redit laudat veteres, qui fellis inopiæ vitæ diuturnitatem adſcribunt, cur hoc? quia vulgatum erat, neminem mori, ſine febre. Hiſce Auerrhoidis ſectatores commoti aſſerunt,

vredine solum humores omnes in phlegosin abripi, non putredine tẽtari, vt in synocho sanguis incendio extra putredinem incandescit. Quocunque enim spiritus vitæ penetrare non potest, ibi morbus suscitatur, ipso .n. oppilato putrefactio oritur, in exulcerationem degenerãs, quæ mox sulphur mobile, vel excrementitiũ accendit, vnde oriuntur febres, apostemata, pleureses, morbilli, variolæ &c. sulphuris .n. Spiritus, sui suffocationẽ & mortẽ præsentiens, horrore primũ corpus vniuersum concutit, dũ nimirũ à calore, veluti congelatur: postea ardor & inflammatio inualescit, si resolutus sit, & incensus ardeat, tunc iuxta sedem affectam paroxismat, in cerebro, si id potissimum feriat, phrenesim, maniam, & similia excitat. In ventriculo nauseam, singultum, & vomitum promouet, ac sæpe contingit vt iuxta tempus & horam & annum paroxismet, quibus vero de causis id eueniat in sequentibus dicemus.

His enarratis patet, quod Febris non sit intemperies duntaxat calida, nec in humoribus persistat, cum sit passio corporis viuentis. Humores etenim non sunt animati, sed solidę tantum viuunt partes, ergo in istis solum venit collocanda febris vt annotauit Heurnius de febr. c. 1. Humores inquit partium actionem non lædunt, ni temperies similarium partium flectatur. Et cum humorum, iniquus calor, sit causa febris putridæ, sane is Febris esse non poterit.

terit. Dum enim humores causæ Febrem efficientis rationem subeunt, illius subiectum esse non poterunt, quod materia & efficiens nũquam coincidant respectu eiusdem. Mirum igitur videtur, cur vir ille doctissimus, Febrium differentias ex humorum diuersitate denominatas, è Febrium doctrina, non existimauerit.

Nos in alterius verba minime iurantes, non vanum hac de re instituere examen, intelligẽt, si cognouerint, quod cuiuslibet morbi curatio, ab essentia morbi, dependeat. Quantum igitur inter rem, & signum rei interest, tantum differt etiam scopus curationis febrium, à Misochymicis institutus, à verorum Medicorum curatione. Calor enim auctus, quid indicat? Nil nisi reductionem ad temperiem, quod fiet frigidis medicinis: quibus adhibitis, quam abigant Febrem, miseri febricitantes norunt. Essentia enim Febris, non calor, sed ardor sulphuris est, qui frigidis deleri non potest. Non enim aer frigidus, non ferrum, nec quoduis aliud corpus frigidum vt frigidum exstinguit flammam, attestante experientia rerum magistra. Frigidis itaque medicinis Febris nulla deleri potest, nec debet. Nam calor tantum signum est Febris, non autem ipse morbus. Quare non paruum à vero aberrant, qui calorem & incendium idem esse existimant. Cum calor solum incendii index & symbolum

sit, quo incendium magnum, vel paruum, propius, vel remotius adesse cognoscamus. Qui autem signum morbi, pro morbo curare tentat, cæco impetu fertur, & quid agat, nescit. Quo ergo fœnore hactenus febricitantibus consultum fuerit, quisque iudicet.

CAPVT II.

De morbi sulphurei subiecto, ac differentijs.

SECTIO I.

Morbum sulphureum, caloris gradu, specie non differre.

COgnita morbi huius essentia, quæ subiectum illud sulphureum triplex incendit, Febrium differentiæ quæ ex intensione vel remissione caloris ducuntur, sponte concidunt. Quod enim calor mordax, vel mitis prehenditur, non qualitatis huius intensio, vel remissio causa est. Id namque euenit ratione corporis inflammati, prout illud propius, vel remotius, à superficie passi, vel manu tangentis distat, vel si humidum id sit, resoluitur, mitiorem reddit calorem, neque quisque calor Febrem causat; sed is duntaxat, qui corporis actionem lædit. Qui ergo Febris mitis dicatur, cum mitis calor actionem non lædat? Quod si mordax est & magis perceptibilis, euenit ideo, quod corpus illud affectum, sit altero magis solidum, constrictum, ac liquore mercuriali, qui sæuitiam ardo-

ardoris sua humiditate nonnihil restinguit orbatum sit, siue vero mitis, siue mordax sit calor, nihil ad curationis indicationem confert. Non enim quia calor mitior, leuius refrigerãs, vel humectans, si iis ardor restingui possit, erit exhibendum. Nam si Febris est, totum corpus, vt inflammatum sit, necesse est, adeo vt actiones lædat, quæ læsio certe à mitiori calore neutiquam causatur. Quamobrem mitius, vel lenius medicamen huius furiæ audaciam non infringet. Frustra igitur Febrem mitem, aliam intensam dixeris.

SECTIO II.

Febres partium inflammatione non distingui.

NEc illa Febrium differentia, quæ à foco massæ ardentis denominationem habet, admittenda est, cum hæc furia Febris nomen non mereatur, nisi totum corpus sit infectum, oportet siquidem denominationem à potiore desumi. Inconsulto igitur aliam hepaticam, aliam spleniticam aliam pleuriticam, aliã phreniticam, aliam comatodem, aliam lethargicam, aliam cataphoricam, aliam synonchicam aliam ictericiam &c. appellant. In omni namq; morbo attendendum est, vnde malum erumpat, vt principio obuiam eatur, tanti tamen non est, vt ab eo morborum differentiæ desumantur. Friuolum satis est, aliam puerilem, aliam senilem, aliam diurnam, aliam nocturnam, aliam

veram, aliam errantem, hanc pallidam, illam rubeam, nigram, fuscam, viridem, &c. appellare.

SECTIO III.

Febres motu caloris non differre.

EAndem censuram subit & illa Febrium distinctio, quæ à motu caloris sumitur, quod enim calor increscat, signum est Febris, non Febris ipsa, & augmentum morbi portendit; Quod mitescat, Febris terminum præsagit, nõ oportet autem morbum, cum signo morbi cõfundere. Quocirca calor increscens, cum paulatim acrius manum ferit, signum est, quod ad incrementum tendat morbus: Signum vero morbi morbus non est. Facessat ergo & hæc Febrium distinctio.

SECTIO IV.

Ob humorum diuersitatem non esse Febrium differentias aßignandas.

DEmum quod Febris alia putrida sit, vtpote quotidiana, tertiana, quartana, quintana, sextana, octaua &c. prorsus irritum est. Nam vbi nulla actionum læsio, ibi Febris nulla: Absente vero Febris ardore, actio læsa non est, Rite enim quos quartana laborare dicunt, absente paroxismo, actiones edunt, nisi membri cuiusdam læsio facta sit, vt alius morbus eius actionem impediat. Ergo absente paroxis-

mo

mo h. e. sulphuris ardore, quænã adesse Febris poterit? Quoties igitur sulphur in corpore accenditur, h. e. quoties paroxismis hominẽ exagitat, horrore concutit, & ardore exurit, toties noua suboritur Febris. Febris ergo quartana non est quartana, cum quarto die ardor accensus sit plane nouus recenter inuadens ac infestans corpus.

Nec Febris eo quòd quotidie corpus repetat, quotidiana est, Nam duplex tertiana, & triplex quartana quotidie redeunt, quas nec aduersarii quotidianas vocant.

Vanum prorsus est, credere, melancholiam quartanam, bilem tertianam, pituitam quotidianam, quoties putredine continuantur producere. Esto quod eiusmodi humores excrementitii, in humani corporis latebris gliscant, non tamen ob id putredinis capaces cẽsentur. Putredo enim si Aristoteli credamus, est corruptio propriæ, & secundum naturam caliditatis, in vnoquoque humido, ab aliena caliditate, quæ ambientis est. Tria hic Arist. ad corruptionem necessaria requirit. Primo subiectum, seu materiam putredinis, quod est vnumquodque humidum. Secundo Putredinis formam, & essentiã nempe corruptionem proprii caloris à suo statu naturali, ita vt ex naturali fiat præter naturã. Deniq; causam effectricẽ, scil. calorem ambientis. Quod si horum vnum desit, fieri non potest putredo. Iam videamus

vtrum prædictis humoribus hæc competant, nec ne.

Galenus crassam & terrestrem portionem sanguinis, quæ quartum humorem constituit μελανόχυμον appellat, vt μέλαιναν χολὴν, atram bilem, eam qui fit cōtra naturam, qui solus melancholiæ nomine proprie significatur, ita enim ille ad finem lib. de temperamentis. Senes non sunt melancholici, quia sunt frigidi, melancholia autem est calida, sicca. Differunt autem vt fex vsta, à non vsta: Nam succus niger, vt terra est frigidus siccus: atra bilis calida sicca; quia in adustis omnibus, vt in calce, & cineribus, permanent ignis reliquiæ, quas Græci ἐμπυρεύματα appellant, Latini igniculos. Pars igitur sanguinis nigra, incinerata, adusta, melācholia est. Nigror contigit contrariis causis, aut à frigore per condensationem, quo modo nubes, quo densior est, eo nigrior, pellucentia abeunte ob spissitudinem: aut per adustionem, vt carbo. Hinc melancholia acredine, incineratione, ac adustione per ἐμπυρεύματα cancrū, vt volunt, in mammis exuscitat. Quod si melancholia sit pars sanguinis sicca, calida, adusta, incinerata, ἐμπυρεύματα in se recondens, putredini non subiacet. Namque solum id quod humidum est, putrescit, in melancholia vero nulla est humiditas, cum adusta & incinerata omni humiditate, tam qualitatiua, quam substantifica careat, & ob id non putrescat.

Nec

Nec est, quod nobis Godefridus Steeg obiiciat, melancholiam quidem siccam esse, non tamen omni destitutam humore, sed aliquam humiditatem in se fouere, quam alii mixti vocant, vt hæc subiectum putredini præbeat. At in eam humiditatem calorem non posse agere, vt in subiectum aptum, ad putredinem introducendam, multis exemplis dilucidari potest. Quodlibet enim mixtum, humiditatem quidē aliquam in se habet, quanta scilicet ad eius mixti constitutionem, seu crasin necessaria est, minime tamen ea putrescunt in quibus dominatur siccitas & caliditas, vt pote succinum, lapides, metalla &c. hæc quamuis ex aqueo elemento potissimum constant, cum tamen calore concreta sint, non putrescunt. Hinc quamuis prædictus Medicus Cæsareus eleganter describat, quomodo partes duriores, à calore dissoluantur, non tamen ob id corrumpuntur, siquidem necesse non est, vt quicquid interit, putredine pereat. Non est ergo melancholia putredini obnoxia, nec ex ea potest exuscitari febris quartana putrida.

Eandem ob causam, nec bilem, siue pallida, siue vitellina, siue porracea, siue æruginosa, cæsia vel cærulea sit, putrescere, Author est Hippocrates, bilem sulphuri comparans, quod putredine non afficitur. Hinc Gal. statuit bilem igni natura sua consentientem esse, ob id citius flammam concipere, quā putrescere, eo quod

putrefactio est corruptio proprii caloris, à calore alieno, proprium separante. At calor bilis, à nullo externo calore, excepto igne, vinci potest, cum omnes longe excedat, verum ab igne bilis accenditur, vt flagret, quod fatetur ipse Hipp. dum inquit, bilis est veluti sulphur, quo accenduntur reliqui humores. Hic igitur humor ob siccitatem putrescere non potest.

Denique quod pituita non putrescat, ratio est, quod ad omnem putredinem introducendum, requiratur calidum natiuum. Hinc quod calorem insitum non habet, putrescere non potest. Est enim putredinis forma & essentia, corruptio proprii caloris humidum terminantis. Quoniam vero tota pituitæ natura, in frigido & humido persistit, calor extraneus seu ambiens internum ac pituitæ proprium calorem euocare, corrumpere, intendere, imminuere vel augere non potest. Quare pituita nō putrescit, nullus enim in pituita naturalis, seu ꝓprius, qui educi, corrumpi, vel intendi possit, est calor. Nam quatenus calor dominatur passiuus, humiditati scilicet & siccitati, dicitur naturalis, vt est sententia Aristotelis, in 4. Met. cap. de coct. vbi sic scribit: Humiditas enim est, quę terminatur à calore naturali, quam diu autem in eo est ratio & proportio supra humidum, naturalis est. Ex quibus verbis clarum est, ca-

est, calorem dici naturalem, quatenus supra humidum dominium habet. quod à calore terminari debet; Cum autem non amplius superat humidum, nec terminare valet, præternaturalis dicitur, quatenus vero sub tali determinata mensura & gradu in hoc vel illo mixto passiuis dominatur, dicitur huic vel illi mixto proprius. Constat vero quod in pituita calor supra humidum nullum dominium habeat, nec termineter ab eo, nec certa quadã mensura & gradu passiuis dominetur, putredinis ergo illa capax non est.

Dices pituita calore incrassescit, eiusque humidum ab externo calore absorbetur; Nihil igitur obstat, quin non putrescat. At satis non est ad putredinem producendam, quod calor externus agat in humidum; si prolectio quidem humidi non est putredinis essentia, sed destructio caloris natiui, quæ ad putrefactionem necessaria est, vbi nullus igitur est calor insitus mixto proprius, & naturalis humidum determinans ac superans, ibi nulla est putrefactio quæ fit, quando qualitates actiue desinunt imperare passiuis. Iam vero in pituita actu ipso ipsæ passiuæ actiuis dominantur. Quare pituita putrescere non potest, eius quidem humidum à calore externo absumitur, vt fex adusta remaneat, non tamen in prima principia resolui potest.

Quo-

Quocirca nec putrescere. Putredo enim est resolutio mixti in prima principia. Et hæc causa est, cur aridum lignum non putrescat, quoniam maxima ac præcipua eius mixti pars, scilicet sulphur interim dum arescebat, euocata est. Cum igitur humores excrementa sanguinis sint, à mixto corpore segregata amplius nõ putrescunt, nihil enim sunt, nisi mixti putrefacti partes abiectæ. Poma in prima sua corpora putredine dissoluta amplius non putrescunt, eius Mercurius in aerem recedit, liquor in terrã diffluit, relicta sulphuris mortui exsiccata pars si per mille annos caloris extranei æstu torreatur, nunquam putrescit. Sic bilis vitellina, si detur, caloris intensione mutetur quidem in porraceam, porracea in æruginosam, & hæc in glasteam, quæ cum per putredinẽ chyli sint segregata, adusta, incinerata, amplius putrescere non possunt. Non ergo oritur febris tertiana à bilis putredine, nec quotidiana à pituita, nec quartana à melancholia, nec erratica ex humorum commixtione.

Quod si humores putrescerẽt, cum quod semel est corruptum, nunquam idem numero potest reuerti, sequeretur, quod Febris putrida, curari non possit. At gloriantur, se remediis cœptam humorem putredinem compescere, ac inhibere, illosque pristinæ integritati restituere, quod asserit Gal. in art. med. cap. 89. vbi inquit, coctionem fieri vt humorum putredo

cesset,

cessent, & proinde eos alterari, manente substantia.

Cognoscens hoc Heurnius, humores quidam non absoluta illa putredine, sed tantum ea quam secūdum partem, Aristoteles vocat corrumpi asserit, cuius sane modum & naturam explicans, eam inquit fieri quotiescunque res ipsæ, quæ hac ratione putrescunt à sua natura recedunt, & hanc vocat imperfectam & secundum partem, quia non est perfecta, nec ad finem perducta putrefactio.

Verùm si altius rem peruestigauerimus, deprehendemus, & hanc veram esse putrefactionem, eamq; solum iuxta magis & minus à perfecta differre. Nam & Galeno putredo est mutatio totius substantiæ corporis putrescentis ad corruptelam. Neque putandum est, quod quæuis lenis mutatio febrem producat, cum ea actionem totius lædat. Vnde inquit Gal. esse mutationem ad corruptelam, vt comprehenderet, non tantum perfectam & secundum totum putredinem, sed & eam, qua res à natura recedit. Natura secundum suum proprium significatum, est propria cuiusque rei temperatura quatuor elementorum, quam & Gal. substantiam in principio lib. de natura, vocat. Mutatio igitur substantiæ ad interitū ducit. Quod si quæuis alteratio putredinem adferret, non esset corruptio totius substantiæ corporis putrescentis. Insuper omnis febris esset putrida

eo quod

eo quod in omni febre adest calor præter naturam, dissipans mixti calorem. Frustra ergo in medium adferunt hanc putredinis differentiã. Nam dum vinum dicitur corrumpi secundum partem, eo quod magna pars humidi remaneat, nec calor superet humidum illudq; totum consumat, vere tamen vinum corrumpitur. Quoniam Aristot. non dixit putredinem esse corruptionem humidi, sed corruptionem calidi innati in humido, vnde necessum non est, vt totum humidum absorbeatur, ac sufficit calorem vini euocari in humido. Hinc acetum non amplius calefacit, sed frigefacit, omnia namque veræ putredinis requisita adsunt. Calor extraneus agit in subiectum humidum, quale est vinum, & corrumpit eius calorem innatum, vnde in acetum mutatur, quod est frigidum. Corruptio hæc caloris insiti est putredinis essentia. Præsente igitur putredinis forma, efficiente, & materiali causa ipsa putredo genita est, cuius finis est totius corporis putrescentis corruptela.

Porro nostræ sententiæ suffragatur Alexander lib. 12. cap. 2. vbi probat, humores in venis non putrescere, sed quod extra vasa potius congelentur, quam putrescãt. Si putrescant in venis, generarentur vermes, eo quod magis ibi vigeat calor, quam in intestinis, vbi animalia ex putredine gignuntur.

Ad hoc Æneas Capriolus respondet, non

gigni

gigni vermes in venis, quod materia putrescens sensim, ac sensim putrescat, vnde antequam deducatur ad incinerationem, requiritur plurimum temporis, & ex ea possunt gigni vermes, vt ex pituita viscida in intestinis, At si humores putrescant in venis non sensim, sed quam celerrime, ad incinerationem vertuntur, arescuntque & vsque adeo festinanter, vt non possint gigni vermes. Sed friuola hæc est responsio, cum nullam assignet rationem, cur non ęque sensim ac lente humores in venis putrescant, atque in intestinis, neque adeo celerrime ad incinerationem vertuntur, in venis humores, cum humidum sanguinis in venis prædominetur, quod cito ac stante vita absorberi non potest, nec ita sanguis arescit, quin non humidum ad generationem vermium suppeditaret. Manet ergo humores in venis non putrescere.

Idem nobiscum approbat Iubertus, animaduertens omnem putredinem fieri cum fœtore, at in venis nullus est fœtor, ergo nulla putredo.

Reprehendit hoc Heurnius, negâs omnem putredinem fieri cum fœtore, plurimæ enim arbores, dum putredine afficiuntur, bene olent, vt videre est in generatione musci. Huic nos respondemus, quod omnia mixta in quibus sulphur congelatum prædominatur, vt in buxo,

veram, aliam errantem; hunc pallidam, illam rubeam, nigram, fuscam, viridem, &c. appellare.

SECTIO III.

Febres motu caloris non differre.

EAndem censuram subit & illa Febrium distinctio, quæ à motu caloris sumitur, quod enim calor increscat, signum est Febris, non Febris ipsa, & augmentum morbi portendit; Quod mitescat, Febris terminum præsagit, nō oportet autem morbum, cum signo morbi cōfundere. Quocirca calor increscens, cum paulatim acrius manum ferit, signum est, quod ad incrementum tendat morbus: Signum vero morbi morbus non est. Facessat ergo & hæc Febrium distinctio.

SECTIO IV.

Ob humorum diuersitatem non esse Febrium differentias aßignandas.

DEmum quod Febris alia putrida sit, vtpote quotidiana, tertiana, quartana, quintana, sextana, octaua &c. prorsus irritum est. Nam vbi nulla actionum læsio, ibi Febris nulla: Absente vero Febris ardore, actio læsa non est, Rite enim quos quartana laborare dicunt, absente paroxismo, actiones edunt, nisi membri cuiusdam læsio facta sit, vt alius morbus eius actionem impediat. Ergo absente paroxis-

mo

mo h. e. sulphuris ardore, quænā adesse Febris poterit? Quoties igitur sulphur in corpore accenditur, h.e. quoties paroxismis hominē exagitat, horrore concutit, & ardore exurit, toties noua suboritur Febris. Febris ergo quartana non est quartana, cum quarto die ardor accensus sit plane nouus recenter inuadens ac infestans corpus.

Nec Febris eo quod quotidie corpus repetat, quotidiana est, Nam duplex tertiana, & triplex quartana quotidie redeunt, quas nec aduersarii quotidianas vocant.

Vanum prorsus est, credere, melancholiam quartanam, bilem tertianam, pituitam quotidianam, quoties putredine continuantur producere. Esto quod eiusmodi humores excrementitii in humani corporis latebris gliscant, non tamen ob id putredinis capaces cēsentur. Putredo enim si Aristoteli credamus, est corruptio propriæ, & secundum naturam caliditatis, in vnoquoque humido, ab aliena caliditate, quæ ambientis est. Tria hic Arist. ad corruptionem necessaria requirit. Primo subiectum, seu materiam putredinis, quod est vnumquodque humidum. Secundo Putredinis formam, & essentiā nempe corruptionem proprii caloris à suo statu naturali, ita vt ex naturali fiat præter naturā. Deniq; causam effectricē, scil. calorem ambientis. Quod si horum vnum desit, fieri non potest putredo. Iam videamus

vtrum prædictis humoribus hæc competant, nec ne.

Galenus crassam & terrestrem portionem sanguinis, quæ quartum humorem constituit μελανόχυμον appellat, vt μέλαιναν χολὴν, atram bilem, eum qui fit cōtra naturam, qui solus melancholiæ nomine proprie significatur, ita enim ille ad finem lib. de temperamentis. Senes non sunt melancholici, quia sunt frigidi, melancholia autem est calida, sicca. Differunt autem vt fex vsta, à non vsta: Nam succus niger, vt terra est frigidus siccus: atra bilis calida sicca, quia in adustis omnibus, vt in calce, & cineribus, permanent ignis reliquiæ, quas Græci ἐμπυρεύματα appellant, Latini igniculos. Pars igitur sanguinis nigra, incinerata, adusta, melācholia est. Nigror contigit contrariis causis, aut à frigore per condensationem, quo modo nubes, quo densior est, eo nigrior, pellucentia abeunte ob spissitudinem: aut per adustionem, vt carbo. Hinc melancholia acredine, incineratione, ac adustione per ἐμπυρεύματα cancrū, vt volunt, in mammis exuscitat. Quod si melancholia sit pars sanguinis sicca, calida, adusta, incinerata, ἐμπυρεύματα in se recondens, putredini non subiacet. Namque solum id quod humidum est, putrescit, in melancholia vero nulla est humiditas, cum adusta & incinerata omni humiditate, tam qualitatiua, quam substantifica careat, & ob id non putrescat.

Ne-

Nec est, quod nobis Godefridus Steeg obiiciat, melancholiam quidem siccam esse, non tamen omni destitutam humore, sed aliquam humiditatem in se fouere, quam alii mixti vocant, vt hæc subiectum putredini præbeat. At in eam humiditatem calorem non posse agere, vt in subiectum aptum, ad putredinem introducendam, multis exemplis dilucidari potest. Quodlibet enim mixtum, humiditatem quidē aliquam in se habet, quanta scilicet ad eius mixti constitutionem, seu crasin necessaria est, minime tamen ea putrescunt in quibus dominatur siccitas & caliditas, vtpote succinum, lapides, metalla &c. hæc quamuis ex aqueo elemento potissimum constant, cum tamen calore concreta sint, non putrescunt. Hinc quamuis prædictus Medicus Cæsareus eleganter describat, quomodo partes duriores, à calore dissoluantur, non tamen ob id corrumpuntur. siquidem necesse non est, vt quicquid interit putredine pereat. Non est ergo melancholia putredini obnoxia, nec ex ea potest exuscitari febris quartana putrida.

Eandem ob causam, nec bilem, siue pallida, siue vitellina, siue porracea, siue æruginosa, cæsia vel cærulea sit, putrescere, Author est Hippocrates, bilem sulphuri comparans, quod putredine non afficitur. Hinc Gal. statuit bilem igni natura sua consentientem esse, ob id citius flammam concipere, quā putrescere, eo quod

putrefactio est corruptio proprii caloris, à calore alieno, proprium separante. At calor bilis, à nullo externo calore, excepto igne, vinci potest, cum omnes longe excedat, verum ab igne bilis accenditur, vt flagret, quod fatetur ipse Hipp. dum inquit, bilis est veluti sulphur, quo accenduntur reliqui humores. Hic igitur humor ob siccitatem putrescere non potest.

Denique quod pituita non putrescat, ratio est, quod ad omnem putredinem introducendum, requiratur calidum natiuum. Hinc quod calorem insitum non habet, putrescere non potest. Est enim putredinis forma & essentia, corruptio proprii caloris humidum terminantis. Quoniam vero tota pituitæ natura, in frigido & humido persistit, calor extraneus seu ambiens internum ac pituitæ proprium calorem euocare, corrumpere, intendere, imminuere vel augere non potest. Quare pituita nō putrescit, nullus enim in pituita naturalis, seu proprius, qui educi, corrumpi, vel intendi possit, est calor. Nam quatenus calor dominatur passiuus, humiditati scilicet & siccitati, dicitur naturalis, vt est sententia Aristotelis, in 4. Met. cap. de coct. vbi sic scribit: Humiditas enim est, quę terminatur à calore naturali, quam diu autem in eo est ratio & proportio supra humidum, naturalis est. Ex quibus verbis clarum est, ca-

est, calorem dici naturalem, quatenus supra humidum dominium habet, quod à calore terminari debet; Cum autem non amplius superat humidum, nec terminare valet, præternaturalis dicitur, quatenus vero sub tali determinata mensura & gradu in hoc vel illo mixto passiuis dominatur, dicitur huic vel illi mixto proprius. Constat vero quod in pituita calor supra humidum nullum dominium habeat, nec terminetur ab eo, nec certa quadã mensura & gradu passiuis dominetur, putredinis ergo illa capax non est.

Dices pituita calore incrassescit, eiusque humidum ab externo calore absorbetur; Nihil igitur obstat quin non putrescat: At satis non est ad putredinem producendam, quod calor externus agat in humidum; si prolectio quidem humidi non est putredinis essentia, sed destructio caloris natiui, quæ ad putrefactionem necessaria est, vbi nullus igitur est calor insitus mixto proprius, & naturalis humidum determinans ac superans, ibi nulla est putrefactio quæ fit, quando qualitates actiue desinunt imperare passiuis. Iam vero in pituita actu ipso ipsæ passiuæ actiuis dominantur. Quare pituita putrescere non potest, eius quidem humidum à calore externo absumitur, vt fex adusta remaneat, non tamen in prima principia resolui potest.

Qua-

Quocirca nec putrescere. Putredo enim est resolutio mixti in prima principia. Et hæc causa est, cur aridum lignum non putrescat, quoniam maxima ac præcipua eius mixti pars, scilicet sulphur interim dum arescebat, euocata est. Cum igitur humores excrementa sanguinis sint, à mixto corpore segregata amplius nō putrescunt, nihil enim sunt, nisi mixti putrefacti partes abiectæ. Poma in prima sua corpora putredine dissoluta amplius non putrescunt, eius Mercurius in aerem recedit, liquor in terrā diffluit, relicta sulphuris mortui exsiccata pars si per mille annos caloris extranei æstu torreatur, nunquam putrescit. Sic bilis vitellina, si detur, caloris intensione mutetur quidem in porraceam, porracea in æruginosam, & hæc in glasteam, quæ cum per putredinē chyli sint segregata, adusta, incinerata, amplius putrescere non possunt. Non ergo oritur febris tertiana à bilis putredine, nec quotidiana à pituita, nec quartana à melancholia, nec erratica ex humorum commixtione.

Quod si humores putrescerēt, cum quod semel est corruptum, nunquam idem numero potest reuerti, sequeretur, quod Febris putrida, curari non possit. At gloriantur, se remediis cœptam humorem putredinem compescere, ac inhibere, illosque pristinæ integritati restituere, quod asserit Gal. in art. med. cap. 89. vbi inquit, coctionem fieri vt humorum putredo

cesset,

cesset, & proinde eos alterari, manente substantia.

Cognoscens hoc Heurnius, humores quidam non absoluta illa putredine, sed tantum ea quam secũdum partem, Aristoteles vocat corrumpi asserit, cuius sane modum & naturam explicans, eam inquit fieri quotiescunque res ipsæ, quæ hac ratione putrescunt à sua natura recedunt, & hanc vocat imperfectam & secundum partem, quia non est perfecta, nec ad finem perducta putrefactio.

Verùm si altius rem peruestigauerimus, deprehendemus, & hanc veram esse putrefactionem, eamq; solum iuxta magis & minus à perfecta differre. Nam & Galeno putredo est mutatio totius substantiæ corporis putrescentis ad corruptelam. Neque putandum est, quod quæuis lenis mutatio febrem producat, cum ea actionem totius lædat. Vnde inquit Gal. esse mutationem ad corruptelam, vt comprehenderet, non tantum perfectam & secundum totum putredinem, sed & eam, qua res à natura recedit. Natura secundum suum proprium significatum, est propria cuiusque rei temperatura quatuor elementorum, quam & Gal. substantiam in principio lib. de natura, vocat. Mutatio igitur substantiæ ad interitũ ducit. Quod si quæuis alteratio putredinem adferret, non esset corruptio totius substantiæ corporis putrescentis. Insuper omnis febris esset putrida

eo quod

eo quod in omni febre adest calor præter naturam, dissipans mixti calorem. Frustra ergo in medium adferunt hanc putredinis differentiã. Nam dum vinum dicitur corrumpi secundum partem, eo quod magna pars humidi remaneat, nec calor superet humidum illudq; totum consumat, vere tamen vinum corrumpitur. Quoniam Aristot. non dixit putredinem esse corruptionem humidi, sed corruptionem calidi innati in humido, vnde necessum non est, vt totum humidum absorbeatur, ac sufficit calorem vini euocari in humido. Hinc acetum non amplius calefacit, sed frigefacit, omnia namque veræ putredinis requisita adsunt. Calor extraneus agit in subiectum humidum, quale est vinum, & corrumpit eius calorem innatum, vnde in acetum mutatur, quod est frigidum. Corruptio hæc caloris insiti est putredinis essentia. Præsente igitur putredinis forma, efficiente, & materiali causa ipsa putredo genita est, cuius finis est totius corporis putrescentis corruptela.

Porro nostræ sententiæ suffragatur Alexander lib. 12. cap. 2. vbi probat, humores in venis non putrescere, sed quod extra vasa potius congelentur, quam putrescãt. Si putrescant in venis, generarentur vermes, eo quod magis ibi vigeat calor, quam in intestinis, vbi animalia ex putredine gignuntur.

Ad hoc Æneas Capriolus respondet, non gigni

gigni vermes in venis, quod materia putreſcens ſenſim, ac ſenſim putreſcat, vnde antequam deducatur ad incinerationem, requiritur plurimum temporis, & ex ea poſſunt gigni vermes, vt ex pituita viſcida in inteſtinis, At ſi humores putreſcant in venis non ſenſim, ſed quam celerrime, ad incinerationem vertuntur, areſcuntque & vſque adeo feſtinanter, vt non poſſint gigni vermes. Sed friuola hæc eſt reſponſio, cum nullam aſſignet rationem, cur non ęque ſenſim ac lente humores in venis putreſcant, atque in inteſtinis, neque adeo celerrime ad incinerationem vertuntur, in venis humores, cum humidum ſanguinis in venis prædominetur, quod cito ac ſtante vita abſorberi non poteſt, nec ita ſanguis areſcit, quin non humidum ad generationem vermium ſuppeditaret. Mane ergo humores in venis non putreſcere.

Idem nobiſcum approbat Iubertus, animaduertens omnem putredinem fieri cum fœtore, at in venis nullus eſt fœtor, ergo nulla putredo.

Reprehendit hoc Heurnius, negās omnem putredinem fieri cum fœtore, plurimæ enim arbores, dum putredine afficiuntur, bene olent, vt videre eſt in generatione muſci. Huic nos reſpondemus, quod omnia mixta in quibus ſulphur congelatum prædominatur, vt in

buxo,

buxo, in thymo, in saluia &c. non putrescant, nisi hoc sulphur ab iis sit euocatum, quod dum in aerem spirat, bene olet, eo consumpto incipiunt putrescere (hoc enim sulphur quibus inest à putredine corpora præseruat) ac tœtorem dare. Et hæc ipsissima causa est, cur in nucibus iuglandibus nullæ vermes crescant, quia eo sulphure abundant, quo elicito, rancedine consequuntur.

Addit insuper Iubertus & hanc rationem, quod cūcta conseruentur in locis propriis, sed venæ sunt loca propria sanguinis & humorum: ergo non possunt putrescere humores.

Ad hoc respondet Capriolus. Quod licet res conseruetur in loco proprio, eandem tamen posse putrescere à causis aliunde prouenientibus. Exemplum adfert de vino, quod licet cōseruetur fere semper in propriis doliis, quādoque tamen corrumpitur in ipsis, & putrescit aliis de causis. At quia indecorū est, Philosophi theorema negare, constanter asserimus, rem à proprio loco conseruari.

Ad exemplum Caprioli, quod de vino adfert, dicimus, quod vinum non sit in dolio, tāquam in loco proprio naturali, neque id proprium locum habet, cum proprio non claudatur termino, detinetur enim vinum in dolio contra naturam suam, quod si id perpetuo moueretur, nūquam putresceret in suo loco. Quæ enim corpora ab externa iniuria corripiuntur,

locum

locum suũ proprium & naturalem nõ habent, Homo hanc solam ob causam mortalis est, quod è loco suo, nẽpe è paradyso cœlesti detrusus sit. 301

His denique accedit, cur potius pituita, vel bilis, vel melancholia in sanguine contenta, & non tota massa sanguinea corrumpatur? Quomodo fieri potest, non perpetuo sanguinem calidum & humidum, vel bilem calidissimum humorẽ actu etiam humidum computrescere præ aliis humoribus? aliquando solam pituitam, vel humorem melancholicum corrumpi, iis duobus saluis, cum hi ad putredinem sint minime habiles, ij paratissimi? Huius rei causam reddere conatur Cæsareus Medicus Godefridus Steeg lib.2. Med. pract. c.5. vbi rationem omnem reiicit in naturalis temperaturæ humoris prædominantis permixtionem, & colligationem, cum aliis elementis, & ad formæ substantialis efficaciam, vt non facile dissoluãtur eius partes à reliquis, quibus cohærent. At ratio hæc nulla est, natura non minus pro conseruatione huius ac alterius partis pugnãte, cũ vtraq; ad conseruationẽ totius sit necessaria, & ad perfectionem oẽs promoueat, hinc non minus pituitę temperatura pro sui conseruatione pugnat, quam vllus alius humor. Nec est, quod forma substantialis externum calorem infringat, promoueat, vel impediat, cum illa sibi semper similis ac par perseuerat, non enim intenditur vel remittitur, nec vllam alterationem

D sumit,

ſumit, ſed repente & in inſtanti corrumpitur. Concedamus quod humor copia excedens, citius incandeſcat reliquis, ſed ſi iã putreſcat, cur non & cæteros accendit? Fatetur hoc Hip. dicens, bilis accenſa, cæteros accendit humores. Quod ſi in vnum faſciculũ lignã ſicca, ſtramen aliaq; cito flagrabilia ligarem & incenderem id quod ægre flagret, nõne & cætera inardeſcerẽt? Pariter & hic vt eueniat neceſſe eſt, ſi enim id, quod ægre accenditur, vtpote melãcholia flagret, quomodo id quod cito flammam v. g. bilis concipit, cum ſimul ſint iuncta, eodemque calore externo agantur, non ardebit?

Rondoletius cõcedit omnes humores ſimul putreſcere ſed denominationem febris, à copia putreſcẽtis humoris deſumi autumat, quo cõceſſo, oẽs febres ſimul combinari neceſſe eſt, ꝙ & rationi & experientiæ repugnat. Nam iuxta horum doctrinam fit diaria, quando ſpiritus in ſanguine cõtenti, calorẽ inſignem cõceperint, qui perſeuerat ceſſante cauſa externa: ſi ijdẽ incaluerint, in plethonio corpore, fit ſynochos non putrida: bile in maioribus venis putreſcẽte, fit tertiana, continua & ardens: putreſcente pituita, quotidiana: melãcholia quartana: tota ſanguinis maſſa, ſi putreſcat, fit ſynochos putrida. Hinc manifeſte patet, quod vel omnis febris continua, putrida tantũ erit, quoniam humore vno infecto, cæteri cõtaminantur, & oẽs ſimul putreſcunt. Vel omnes ſimul hominem mole-

molestant, putrescente pituita aderit quotidiana, putrescẽte bile tertiana &c. Si ergo vno humore putrefacto oẽs putrescant, vnam illam præsentem furiam cæteræ omnes concomi entur: quo concesso, susque deq; tota eorum doctrina fertur. Nam alius est curationis scopus tertianæ, alius quotidianæ, alius diariæ.

Sub præsidio Nobilis viri Adriani Romani Herbipolensis Medici, Præceptoris nostri perpetuo colendissimi, per theoremata de Febre & Febre pestilẽti respondens quondam Ioannes Faber, &c. & qui humores putrescãt sedulo indagans, postq̃ naturam putredinis pererudite inuestigarat, humores vera putredine, quæ generationi opponitur, non corrumpi cõcludit. Non enim dũ humores putrescũt, omnino intereunt, sed secundũ partem, prout alterantur, & à naturali statu dimouentur, quem recessum putredinem secundum partem appellat, ne videatur à communi loquendi modo recedere. Ingenue tamen fatetur, quod hæc alteratio humorum ad corruptelam tendens, rectius possit exustioni, q̃ naturali putredini cõparari. Nam inquit, si humores diutius putrescant, h.e. ad mentem ipsius si alterentur calore perseuerante, tandem incinerantur. Vnde colligit, in humorum putredine, humidũ ipsum accendi atq; aduri, & ex consequenti, calorem in humorum humidũ agere, ipsumq; cõburere, non secus ac in combustione vsu venit. Hæc ille thesi 38.

Quibus verbis clare attestatur, humidum ipsum accendi atque aduri. Sulphur ergo humidum id vt sit, necesse est, cum nihil nisi quod sulphureum est, ardere possit, vt docet diuinus noster Fernelius.

Constat igitur ex his subiectum febris humores non esse, nec vt tales, quicquam ad huius morbi cõstitutionem conferre. Nam quod quidam comminiscunrur, febrium circuitus humorum natura operari, vel eosdem ab eorum specifica & occulta proprietate dependere, quid aliud est, quam ad asylum ignorantiæ confugere? Quod si humoris natura, periodi febrium ordinate proueniant, vel hoc fit, dum integra eorum sunt corpora, minimeque corrupta, sic semper mouerentur corpora sana in paroxismos febriles, aut temperie sua exuta. At tum à lege naturæ abierunt, & communem quandam putredinis affectionem sortiti sunt, quæ cum vniformis sit, vnicam duntaxat moueret periodicationem, non plures. Accedit, cum tres tantum sint humores, pituita, bilis, melancholia, tres erũt tantum proprietates, febriũ periodicationes stimulantes, totidẽ quoq; erũt febrium & nõ plures circuitus; quidam.n. quinto, quidam sexto, quidã septimo ac octauo redeunt die, quorum Gal. meminit & etiam Auicenna Fen.1. c.4. vsu eos se deprehendisse asseruit. Nec credibile est, vllo medicamento, quamuis potente, rerum pronrietatem tolli, vel

vel impediri posse. Hinc est, qui à proprietate natiua, ob felium præsentiam, in syncopen cadit, nullo odorifero reficiatur. Non minus tamen, vel diæta sola, vel quouis leui medicamine, paroxismus peruertitur, vt non semper eodem filo fluant periodi, experientia approbāte, leuem victus rationem periodos inuertere, cum tamen proprietas rei indiuidualis, vna cū substantia conuertatur, qua manente, eadem manet proprietas. Propterea natura humorū, nec communis, nec indiuidualis, periodicationes operari potest, vnde nec febrium causa materialis, nec efficiens, erit humor. Vanum igitur est, differentias febrium, ex humorum diuersitate constituere.

SECTIO V.

Quid & quotuplex sit morbi sulphurei subiectum?

ANtequam huius morbi sulphurei differētias attingam, prius eius subiectum, secundum suam naturam, in quantum ad huius morbi cognitionem, & curam conducit distinguā. Subiectum huius morbi sulphur est, quod si ab astro quodam accendatur, furia hæc febrilis genita est. At sulphur non ex matrice vna, sed pluribus nascitur, vnde etiam operationes diuersas habet, naturasque multas inter se diuersas continet, vnumque altero citius accenditur, alteroque tardius consumitur. Hinc varia sulphurum genera, quæ in varias dispartiuntur

ſpecies. Tria potiſſimum recenſet genera Paracelſus, tom.7. cap. de ſulphure: Embrionatum, Minerale, & Metallicum. Embrionis nomine intelligit notari ſulphur, quod ab vna generatione vnius fructus, ſiue ſint metalla ſiue lapides &c. oritur; nec de metallis & lapidibus hoc intelligi vult; ſed de omnibus generibus corporalitatum, vt ſunt, vitriolum, alumē, marcaſita, bitumē, antimonium &c. quæ omnia in ſe embrionem continent, ſecundū generationis ſuæ diſcrimen denominandum. Corpora .n. omnia ſuam ſubſtantiā habentia, ex tribus primis videlicet ſulphure, mercurio, ſale cōſtant, qua de cauſa naturam etiam habēt embrionatā. Hinc ſulphuri diſcretæ appellationes induuntur, vt ſulphur embrionis, de auro & argento, de bitumine & antimonio, de ſaluia & ruta, de cartilagine & cute &c. Tot igitur ſunt ſulphurum genera, quot metallorum: & hoc non tantum de metallis, verum de lapidibus, vegetatiuis, & ſenſitiuis, & omnibus rebus creatis, ratum eſt. Quot enim lapidum tot etiam ſulphurum genera, quot vegetantiū, ſtirpium herbarū, arborum naturæ ſpecie diuerſæ extant, totidem ſulphura. Similiter quot partes corporis humani integrantes, quin & quot partes in ipſo contentæ; tot ſulphura, natura, proprietate ac virtute diuerſa.

Pluribus vero corpus hominis conſtare partibus; hoc aſſumpto medio, quod non vnica ſit corpo-

corporis actio, demõstrari potest. Si vnica esset corporis nostri substantia, vnica etiã necessario esset statuenda actio, hoc.n. axiomatis loco ab omnibus, tũ philosophis, tum Medicis, assumi solet: sed videmus corpus humanũ varias edere actiones, audit scil. gustat, tangit, mouet partes superiores & inferiores, quæ omnia ab vniformi aliqua substãtia prouenire nõ possunt. Præterea videmus in singulis humani corporis sedibus, nimirum capite, pedibus, membris nõ eandem actionem, nunc.n. manus mouetur, nunc extenditur, nunc pars aliqua attrahit, nunc expellit. Quapropter cũ multę sint actiones, eæq; variæ & sibi mutuo cõtrariæ, sequitur non solũ non esse vnã eandemq; substantiã, sed ita variã, vt variæ actiones sequãtur, quare varias corpus nostrũ obtinet partes, substãtialiter differẽtes.

Sunt autem potissimũ cutis, pinguedo, caro, mẽbrana, ligamenta, & ossa. Hæc à se inuicẽ integra seiungi, artificiosa anatomia possunt, vt hominis speciem, formã seu figuram repręsentẽt detracta hominis cute, ipsa extimam refert corporis humani formam, sic musculi internũ hominem delineant, quorũ caro à fibris natura & proprietate non distinguitur. Eandem faciem ligamenta, cuius nomine neruos, arterias & venas quoque intelligimus, exhibent, sicut & ossa σκέλετον constituunt. Nec nobis immorandum hic est Gal. placitis, qui nunc septem, nunc plures, nunc pauciores partes,

numerat similares: vnde partis nomen, tam de ea quæ viuit, quam de ea, quæ non viuit, dici solet: sicque Gal. definit partem Meth. c. 5. & 1. de elementis cap. 6. Quicquid totum complet & integrat. Aut. Quicquid ad humani corporis constitutionem facit. Et alibi 1. de vsu part. Corpus quod nec vndequaque habet circumscriptionem propriam, nec vndique coniunctum est aliis. Vtraq; hæc definitio præter partes viuentes pilos etiam vngues, & adipem cōplectitur, sic Hipp. contenta & impetum facientia partes vocat.

Fernelio, pars est corpus toti cohærens cōmunique vita coniunctum, ad illius functionem, vsumque comparatum.

Verum omnes hæ definitiones essentiā partis viuentis non explicant. Non enim illa pars membrorum substantia iudicari debet, quæ oculis conspicitur, veluti dum cadaueris, vel etiam viuentis partis fit dissectio, videmus ossa obtinere substantiam osseam vocatam, quæ alia est à carnea, alia à membranea, & reliquis, id enim omnes norunt, sed internam illam substantiam, quæ ossis naturam constituit, vt sit ossea, hoc scitu Medico necessarium est, si proprietates & functiones partium noscere velit.

Cognoscens hoc Aponensis, Partem corpus solidum & spissidum, ex humiditate genitum, naturæ viribus insignitum, definit. Quæ vero & qualis illa humiditas sit, inexplicatum reliquit.

quit. Auicenna prima primi doctrina 5. cap. 1. Pars est corpus, ex prima humorum permixtione, genitum. Vt humores ex prima constant ciborum mixtura; ita cibi ex elementis. At ex humoribus partes viuentes non gigni, arduum non est ostendere, si iuxta philosophorum decreta materia prima cum vltima conuertatur, si vltima materia primam manifestet materiã, ac res in id resoluatur, vnde orta est, nunquam verificari potest, partes ex humoribus conflari. Dum enim v. g. os in sua resoluitur principia, nullus ibi humor, bilis nulla, melancholia nulla, sanguis nullus, & si quouis alio nomine appelletur humor, apparet, sed ingeniosus spagyrus in tria illa, sulphur mercuriũ sal, os & quamcunq; voluerit corporis partẽ resoluit. Hæc enim sunt cuiusuis partis principia, ac munus materiæ primæ subeunt. Quare partis nomine intelligemus rem singularem & indiuiduam, per se subsistentem, completam, quam philosophi suppositum appellant. Hinc axioma illud: Actiones esse suppositorum. Et 7. Met. c. 11. Quod quid est, idẽ est cum eo cuius est. Item Actiones versari circa singularia, quia Medicus non curat hominem, nisi per accidens, per se autem Socratem.

Suppositum hoc corpus vocamus, nõ quod ex materia & forma conflatum est, seu ex potentia & actu, vel quod in eo accidentia stabiliantur, vt trinedimensum sit, sed ideo corpus

vocamus, quod ex tribus primis corporibus, sulphur mercurius & sal, à natura in vnã massam palpabilem, conflatũ sit, id sub omni transmutatione manet, & est vniuersalis causa materialis omnis generationis, & omnis actus, qui per eductionem fit. Est autem pulchrum variabile & necessarium. Sulphur est subiectum pulchritudinis, mercurius subiectum mutabilitatis, sal subiectum necessitatis. Hinc est, Omne vnum trinum. De quo tot celeberrima axiomata adhuc extant, quibus hoc subiectum Philosophi omnes occultarunt. Arist. Omne & omnia tribus terminari. Vnum subiectum omnium virtutum naturalium & transnaturalium, ipsum est actu animale, vegetabile, & minerale, vbique repertum, à paucissimis cognitum, à nullo suo proprio nomine vocatum: sed innumeris figuris & ænigmatibus velatum. Et Trisgemistus: Tribus, inquit, perficitur mũdus, Hemarmene, necessitate, & ordine. Tribus à Deo disponitur mundus numero, pondere & mensura. Id in omnibus mundis reperitur modis duntaxat diuersis, vt sequens schema docet.

Huc referatur tabula sub signo NB. NB.

Vltra ternarium nulla datur dimensionis progressio, vnde numerus cubicus primus dicitur; Quin & impiis apud inferos, tres parcæ, tres iudices, tres furiæ, tricepsque cerberus, ac tria

Vir-

Virginis ora Dianæ, Tergeminamque Hecaten coluere gentiles, quam in cœlis Lunam, in terris Dianam, & apud inferos, Proſerpinam eſſe credebant. Sed ſublata metaphora, per lunam ſulphur, per Dianam mercuriũ, per Proſerpinam ſal intelligi, ipſa analogia docet.

Pars igitur hominis, eſt ſubiectum ex primis tribus Corporibus conſtans, in quo, longa vita, corporis æterni, gliſcit.

Subiectum hoc, ne in diſſolutionem abeat, præcuſtodiendum eſt, ſed hoc opus, hic labor eſt. Diſſoluitur enim deſtillatione, ſublimatione, ac præcipitatione, ac tribus hiſce modis mercurius à cæteris recedit. Reſolutione, calcinatione, & reuerberatione ſal dehiſcit. Coagulatione, congelatione, ac elementorum actiuitate ſulphur infringitur. Eſt autem ſulphur omne id, quod accendi poteſt, quod vt dictum eſt, iuxta partium numerum variatur, vnde quot partes, tot ſulphura, quod inductione probamus.

Cutis ſubſtantia, ex triplici ſulphur, cũ mercurio & ſale, in naturam cuticuloſam, quæ corpus, ab externis iniuriis tuetur, calorem eius fouet, ac conſeruat, congelata eſt, hinc non eſt vbique eadem. Quædam enim ex ſulphure reſoluto mollior eſt, & tenuior, vt in facie, quædam ex congelato durior, vt verticis, dorſi &c. quædam ex coagulato in mollitie duritieque media, vt in extremitate digitorum &c.

O

Ossis substantia ex resoluto sulphure in cō-gelatum compacta, durissima, à facultate formatrice effecta est, nec hoc ab Hippocratica doctrina alienum est. Hic enim ossium materiam statuit terrenum adiūcta pinguedine excrementum, siquidem ad generationem pinguedinem absolute esse necessariam agnouit, alioquin enim os cito generaretur, sed tempore successiuo frangibile redderetur. Id in auiū ossibus conspicuum fit: Habent enim ossa fragilia, medullam siccam, pinguem: idem cernimus in siccis animalibus vtpote leporibus, leonibus, & similibus. Ex quorum ossibus inuicem concussis, Arist. ignem veluti ex silice excuti posse testatur. Quod autem Hipp. per terrenum adiuncta pinguedine excrementum, ex quo ossa generantur, non eam terræ partem, quam pedibus calcamus & frigidam & siccam deprehendimus, sed sulphur intellexerit, hoc declaramus medio.

Terrestris pars, vel est combusta, vel est commixta cum siccitate & frigiditate, aut cum humiditate, vel admixta aereo humido. Os non potest esse ab exusto. Nam generatio non potest fieri ab exusto. Consistit enim in humido. Tum in siccitate & frigiditate non potest gigni os. Nam ad omnem generationem requiritur caliditas. Ad hæc cum extrema materia aquosa fiat corpus flexile, vt videre est in betula, quæ materia aquosā scatet, vnde flexilis est.

Ossa

Ossa vero cum sint veluti propugnacula aduersus omnes impetus, & stabilimentum roburque corpori præstent sustinendo, haud secus atque basis & columna ædibus subiecta, ex materia aquosa fieri minime debent essent.n. flexibilia, nec robur corpori præstarent. Quare constat, ex terreo humido aereo permixto ossa gigni, calor pinguedinem exurit, siccatque, vnde durities soliditasque à coctione in sulphur congelatum mutatur. Simile videre licet in succino, quod æqualem cum osse duritiem ac soliditatem habet, nec tamen in eo præter sulphur quicquam reperitur.

Excrementum igitur adiuncta pinguedine terreum, ex quo ossa generantur sulphur est. Hoc enim ὁσιαδῶς aereum, viscosum, humidũ, pingue; ac terrestre est, quod à calore densatum induresc it, & à facultate efformatrice osseam acquirit substantiam.

Accedit ad hæc, quod sulphur seu pingue aereum, corporis molẽ imminuit: Nam animal corporis pondere premi minime oportebat. Nec nouiter inuẽtum est, sulphur terreum excrementũ appellari. Siquidem minerale in terris nascitur, eandemque cum ipsa in prima vita, h. e. antequam astrum quoddam id volatile reddat, naturam habet.

Ligamenta eandem fere soliditatem cum ossibus habent, ex eadem igitur materia genita sunt. Adeps similiter ex congelato est, cum mẽ-

branis,

branis, arteriis, venis, ac neruis, solum discrepat congelationis modo, ordine ac natura; Hinc harum partium sulphur non facile flammam concipit, quoniam ex genere congelatorum sunt, ardor earum diu perseuerat, ac morbus earum solutu contumax est.

Caro vero vna cum fibris ac musculis sulphure coagulato cõstat, ideo facilius incendio corripitur, maximum dum ardet fœtorem dat, eam ob causam, hac flagrante parte, febrem vocarunt putridam. Fœtet autem sulphur coagulatum, quoniam à natura ad perfectionem non est deductum. Contra sulphur coagelatum à natura ita digestum ac concoctum est, cœlestem quasi naturam participans, vt accensum ne quidem fœteat, sed suauissimum spiret odorem. Hinc patet omnes corporis partes comprehendi sub congelato, resoluto, & coagulato, ita vt embrionatum sulphur triplex sit, congelatum, resolutum & coagulatum.

Resolutum sulphur liquidam & fluxam habet substantiam, omnesque partes benigno madore irrorat, dicitur gluten, seu humor naturalis ac oleo assimulatur, & est humiditas quædam viscida, calida, spiritibus plena, blanda, generationi commoda, ex qua omnes partes ortum ducunt, nutriuntur ac conseruantur.

Congelatum sulphur est, quod in partes solidas & durissimas astrictum, seu conglaciatum

est, vt

est,vt succinum. Eius enim tota substantia sulphuris congelati est, quæ accensa tota flamma consumitur, vt nihil prorsus salis, vel terreæ substantiæ remaneat,ab hoc partes corporis stabilimentum recipiunt.

Coagulatum mediæ inter hæc est consistentiæ, mediamque naturam habet, ex hoc caro, musculi,fibræ, formata sunt. Resinæ vel terebinthinæ haud absimile.Quodlibet horum varios admittit gradus pro cuiusque partis natura & existentia.

Congelatum sulphur duplex est,vnum mobile,alterum immobile, hoc cum cæteris corporibus primis arcte coniunctum, certam quandam corporis partem organicam constituens. Illud simplex seu primum est, alterius quasi corporis admixti expers, ad elementi naturam proxime accedens, vnde accensum fæces nullas relinquit. Dicitur corpus igneũ, item homogeneon, quod spiritus Hipp. impetum facientia, appellarunt. Puriores quidem animales, qui per neruos ducuntur, impuniores vitales, sanguini consociantur, nimis agiles, naturales, cuique parti adhærentes. Impurissimum autem quod puro & simplici opponitur, recrementis commixtum per ructum & crepitum vna cũ recrementis excernitur,idque accensum flagrat, & se suo fœtore, quam manifestissime prodit. Quod quamuis ignorasse videatur Gal.accurate tamen ventris

crepitus

crepitus ſonitu differētes notauit. Excrementa corporis humani quibus ſe cōmiſcet ſulphur iſtud, ſunt merda & vrina, quamuis & cruori, ſudori, ſpumæ & aurium ſordibus, non raro id inhæreat, vt vnam cum ipſis repræſentet ſubſtantiam. Hæc à nutrimento corporis relinquuntur, ita vt recrementum nihil ſit aliud, quàm quod cum cibo & potu permixtum alimentum fieri nequeat. Hinc recremētum nullum ſine digeſtione, nec digeſtio vlla ſine ſeparatione. Cum vero ipſa digeſtio variorum colorum productrix ſit, multum aberrant, qui differentias excrementorum ex varietate colorum conſtituunt. Non enim quod nigrum melancholia, nec quod flauum bilis, nec quod album pituita eſt. Putrefactio namque alios ſubinde atque alios producit colores, Cœlum, tempus, cibus, potus, locus illum facile immutant. Hinc abſonum non eſt, ſi luteus à Ioue, niger à Marte, viridis à Venere, influat. Ita cibus potuſque & quoduis medicamentum non tantum ſtercoris colorem immutant, vt Rhabarbarum ſtercora & vrinam flauo, Agaricus albo, caſſia nigro tingat colore, verum etiam in dulcedine, in aciditate, in acrimonia &c. ſtercus igitur amarum, bilis non eſt, nec quod dulce pituita, digna tamen hæc Miſochymicis guſtatu fercula. Putrefactio enim eſt noua generatio guſtus in dulcedine, & aciditate iuxta cibi aſſumpti naturam, qua mediante cibus dulcis

in ama-

in amarum, & amarum in dulce excrementum mutatur. Quoniam omne manifeſtum ſuo occulto eſt contrarium, vt in Hydromantia noſtra explicauimus.

Aberrant ergo, qui iudicium excrementorum, ex colorum varietate faciunt. Quot enim ſunt digeſtiones, tot ſunt excrementa. Hinc ſi cibus in ſtomachum amandetur, ac regionem oris egrediatur, tunc digeſtor fit ſtomachus, qui ſtercus præparat, & format, idque porro in inteſtina relegat, & præter hunc exitum alium non habet. Id ſulphure coagulato pollet, vel ſolo demonſtrante ſpagyro, qui arte ſua ſpagyrica, ex eo oleum flauum, quo cancrum in mammis enatum, elicit, enecat. Præter hanc, digeſtio etiam alia numeratur, quam vbi ſit nemo nouit, & tamen adſcribitur ipſa hepati, minus vere: per hanc vrina producitur, & eſt ſal reſolutus, ex trium primorum ſalibus ortus, quæ expurgando ſeſe in veſicam exonerant, neque in toto corpore aliud humidum eſt, exitum affectans, quam quod ex ſale reſoluto emergit. Id ſpagyro cognitum eſſe debet. Experimento enim quod omnes ratiocinationes longe vincit, comprobamus vrinam poſſe in ſalem pellucidiſſimum ac vere criſtallinum commutari, quo vegetatiuum illud ſulphur volatile, quod in fonticula, quercus vmbra detecta, chao circumdata ac lapidibus quadratis à terra interſepta, vt de arcano ſummo loquitur Bernhardus,

 litescit,

litescit, tactile, corporeum, ac fixum reddatur, cuius possessione lætatur spagyrus. Id primorum corporum hermaphrodita est sulphuri arcto vinculo consociatur, vnde merda & vrina plus sulphuris præ cæteris recrementis habẽt, ideo febrium aptissima materia. Nutritio abit in sanguinem, ex sanguine generatur interior mucus pulmonis & pectoris, quin & ex digestione cerebri narium mucor exstillat, & in concauo aurium, digestio aurium sordes separat. Similiter & oculi suam digestionem & separationem habent, ipsorum autem stercus educitur per oculos illachrymando, qui tamen virtutem expulsiuam nullam habent. Ita & regio gutturis, laryngis sputum suum habet, à digestione & separatione peculiari progenitum, plus tamẽ de mercurio quam de sulphure participant. Quamobrem hęc morbos sulphureos non creant. Verum sulphur mobile sanguini inhærens quod cum vino adusto, tam natura, quam proprietate conuenit, ac solidas constituens partes, quas permeat viuificat, earumque operationum opifex & auctor est, maximum & præcipuum morbi sulphurei subiectum est, cum eo quod coagulatum, fœtidum, ac crassum, excrementis merdæ ac vrinæ permixtum est.

SECTIO

SECTIO VI.

Quotnam sint morbi sulphurei genera.

QVamuis morbi sulphurei differentiæ ex partium diuersitate sumi debeant, cum tamen hæ solum differant, diuersa primorum corporum permixtione ac cohærentia, cõmuniter illa spernitur, ac propriæ differentiæ sumuntur à sulphure in quo ardor ille existit, tanquam in subiecto suo proprio, id dum triplex est, scilicet, sulphur congelatum partium solidarum, sulphur mobile in partibus solidis contentum, ac sulphur impurũ recremẽtis immixtũ: Hinc triplex morbi sulphurei oritur genus.

Primum si partium solidarum sulphur ardeat, febris oritur solutu contumax, vnde hectica dicta, proprie tamen ἕξις habitum corporisque substantiam significat, vnde hectica dicitur, quod in solidis corporis partibus diuertatur. Hæc cum sine siccitate dari possit, authore Galeno, nonnunquam solum adipem paulatim absumit, si altiores radices egerit, musculos inuadit, & fibræ ipsæ attinguntur, & ab ardore colliquantur. Hinc duplex nascitur febris prima cum fibræ consumuntur, sed nondum perfectæ consumptæ sunt, diciturq; febris marasmodes. Secunda cum iam vt exustũ elychinũ cõsumptæ sunt, & hæc cõsumptio terminus est, ad quem febris solidarũ partiũ spectat, & dicitur marasmus. Celso tabes, & marcor Latinis.

Nonnunquam omnes marcescunt partes, quē verum vocant marasmum, non verum cuius furor in aliqua parte grassatur. Dum itaque sulphur partium solidarum ardet, hectica febris est.

Quod si mobile sulphur in venis, arteriis ac neruis cæterisque partibus accendatur, schetica nascitur febris, quæ facile fugatur, dicitur, diaria, Ephemera, synochos, homotonos, paracmastica, epacmastica. Sulphur enim hoc mobile cum sanguine vberrimo permixtum, hanc febrem efficit. Hoc quidem genus non consistit in solidis partibus; sed tantum in spirituosa cordis parte, frequenter desuper influens, vnde fere quotannis Epidemicus totum peragit orbem.

Cum vero sulphur excrementitium, quod ex alimento recrementis, in ventriculo, intestinis, hepate, liene, pulmone cæterisque amplioribus corporis concauitatibus, contentis se inserit ardere contingat, ob fœtorem, quē emittit, dicitur putrida, non quod bilis, melancholia, pituita ac sanguis putrescant, vt ex eorum putredine fœtor nascatur, sed quod sulphur excrementitium, quod à natura ad perfectionem, seu congelationem non est productum, coagulatum seu imperfectum est, dum incalescit seu ardet, fœtorem edat. Cuius causam vberius perseq., nec huius loci, nec nostri est instituti, sat hic sit morbi sulphurei genera indicasse.

Notan-

Notandum tamen hoc in loco eſt, quod alias ex alio incipit & ab vno dimanans, alia duó inuadit, ſæpe tria hæc febrium genera, vt in hecticis, ſæpiſſime duo vt in intermittentibus ſimul miſcentur. Nullus enim vere ardor eſt, in ſolidis partibus, quin non & recrementorũ ſulphur & mobile illud in ſanguine contentũ accendatur. Sicut raro euenit impuro recrementorum ſulphure ardente, quin non nobiliſſimum illud ſulphur mobile in arteriis ac venis concluſum incendatur. Nomen tamen ab eo quod primum accenſum eſt, obtinet, niſi ex leuiori ardore maius fiat incendium, ideo accenſio ſulphuris purioris impurius accendens, dicitur morbus ſulphuris excrementitii accenſi. Quod ſi id ſulphur ſolidarum partium incendat, dicitur morbus ſulphuris ſolidarum partium, ſi mobile ſulphur in venis ac arteriis contentum ardeat, dicitur morbus ſulphuris mobilis accenſi. Quod ſi primum genus ob rationem antea allatam hecticum, alterum ſcheticum, ac denique tertium putridum appellas, ob id cum nemine ludam, nec nos multum ſolicitat, an cum Hippocrate morbum igneum, vel cum Galeno Febrem, vel cum Paracelſo ſulphureum vocites, modo eſſentiam morbi, non in qualitatum intenſione, ſed in ardore ipſius ſubſtantiæ, idque tam in parte contenta, quam continente ſubſiſtere intelligas.

CAPVT III.

De essentia & curatione morbi sulphurei ex ente Dei profecti.

SECTIO I.

An sola Dei voluntas sit morbi sulphurei effectrix causa?

MOrbo sulphureo quosdam corripi, sola Dei voluntate, soloque ipsius nutu, citra vllam causam naturalem concurrentem & cooperantem tota antiquitas testatur. Exemplo est, diuinus ille Antipater Sodonii vates. Hic quo die natus fuit, eodem quotannis febre laborauit, quamdiu vixit, postquam ætatis suæ tempus destinatum appropinquasset, eo die & eodem morbi genere consumptus est.

Ab hoc tempore celebratur aurea illa sententia. Vitam hominum ex improuiso assidua & prope quotidiana pericula ferre. Ad quæ cauenda oportet animo semper esse intento, vt sunt athletæ; Sicut enim illi in certamine athletico caput manibus oppositis, quasi vallo præmuniunt; Ita animus sapientis aduersus petulantias iniuriarum, ictusque fortunæ debet esse erectus, arduus, septus, ne qua in re repentina incursio imparatis, improuidisq; nobis oboriatur, cum hujus entis potentiam infringe-

ſtringere medicina naturali non valeamus. Nec heros quiſquam ſe huic poteſtati ſubducere potens eſt. Omnes enim in manu Dei ſumus, quos amat, hos caſtigat, & qui illum non verētur, in manus incident Medici.

Sic Antipatris annuus ardor, non ex ſiderum influxu, ſeu Planetarum irradiatione oriri potuit, cum certus aſtrorum ſitus, ſingulis annis ad certum diem horamque vnius hominis ſeculi nunquam idem reuertatur. Nec ex ente Pagoyco, ſeu imaginationis imperio ardor ille annualem obſeruauit periodum; Cum Antipater in pueritia imaginatione abuti non potuerit. Minus ex ente veneni quod fortuito corpora inquinat. Nec ens naturale ſe potuit ita implicare, vt quotannis certa hora efferueſceret.

Manet ergo rata & firma ſententia, ex Deo ſine medio & diuerticulo omni, morbos in naturam profluere, ille naturam ipſam & omnia magnalia ſimul condidit, hæcque illi indidit, interim tamen hiſce omnibus ſuperior potenti manu, vniuerſa ipſemet moderatur, ſeque vere Dominum omnipotentem cognoſcendum & iudicandum offert.

Quare perſcrutari quidam conantur, an hoc abſoluta vel ordinaria ſua potentia faciat. Nos quicquid alii ſentiant, profitemur, Deum abſolute eſſe potentem ad faciendum & immittendum ſua ſola virtute, omnes mor-

bos, quos per causas secundas alias operatur, quatenus in eis pura efficientia interuenit seu consideratur. Patet hoc ex libertate Dei cuius arbitrio homo sanus, & omnia quæ facta sunt conseruantur. Vnde sicut statuit res facere tali tempore, & ideo id facit, sine sui mutatione ita potuit statuere res conseruare solũ vsq; ad tale tempus, & prout ipsi placuit. Ergo sine sui mutatione potest absolute hunc ordinẽ immutare. Et hoc est quod dixit Aug. 26. cõtra Faust. c. 3. Virtutem diuinam non subdi ordini causarum, sed eum potius habere sibi subiectũ. Quia hoc pertinet ad perfectum dominium Dei & omnipotentiam cum libertate coniunctam. Vt enim nullo medio & citra vllam medicinã, ac citra opem cuiuslibet ministri, Deus cæcum illuminare potest, ita etiam non concurrente causa naturali, visum vel obfuscare, vel adimere potest, nulla enim interuenit specialis repugnantia, & contradictio, neq; in ipsa actione.

Nam licet hæc actio, non sit debita naturæ, nec sequi posset ex ordine causarum naturalium, vt hoc respectu supernaturalis dicatur, tamen respectu diuinæ omnipotentiæ, tã proportionata est illi, sicut creatio, & ex parte termini, non requirit aliam potentiam, præter nõ repugnantiam. Nam hoc ipso, quod res non repugnat, est apta dependere à Deo, per quamcunque actionem consentaneam diuinæ potentiæ. Non tamen negamus aliquando adiũgi

ali-

aliquem alium modum, aliunde superantem naturas rerum creatarum, vt quod voce hominis, hominem sanet Deus, aut quod per aspectum alicuius visionis apparentis, aut cuiusuis rei creatæ imperio morbum abigat vel infligat. Morbus igitur sulphureus, sola diuina virtute, & imperio, corpora nostra sæpe infestat, & hoc vt fiat satis est.

SECTIO II.

Ipsa diuersa Dei essentia morbum incendit sulphureum.

NOn leuis hic agitur quæstio, an scientia Dei sit ipsa potentia operans per imperiũ? vel vtrum diuinus intellectus per ideas, seu exemplaria rerum, quæ in se habet, sit proxima ratio agendi, atque potentia ipsa, per quam Deus res ad extra producit: An potius volũtas, seu potẽtia, per q̃ Deus, ad extra immediate operatur, per absolutũ velle, sit efficax, quod hæc creatura, & non alia, tali, & nõ alio, corripiatur morbo? Ab hoc enim velle immediate fluũt, & recipiunt esse creaturæ, quæ à Deo fiunt, vnde cõsequens est, quod & tale esse ac tali modo id ipsum immutetur, labefactetur, corripiatur, ac annihiletur. Nec desunt, qui hanc sententiam certam existimant, propter modum loquendi sacræ scripturæ, diuinæ voluntati tribuentis efficaciam, in operando, dicentis: Omnia quæcunque voluit fecit, & omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ. Et Augusł. in

medit. c. 29. Cuius voluntas opus, cuius velle posse est, qui omnia de nihilo creasti, quæ sola tua voluntate fecisti. Ratio vero est. Quia voluntas Dei, est efficacissima, ergo ad eius perfectionem pertinet, vt per se ipsam sit operatiua eorum, quæ vult fieri, ita vt licet præcise intelligatur seclusa omni alia potentia, per se ipsam sit potens, ad exequendum quod vult, Ipsa ergo est principium formale ac proximum omnis effectionis, qua sanitas conseruetur & amissa recuperetur.

Verum vt paucis nostram aperiamus sententiam, dicimus potentiam diuinam esse ratione distinctam, ab intellectu, & voluntate, secundum suas præcisas rationes formales conceptis, nihilque aliud esse, quam ipsammet diuinam naturam, quæ quatenus est ipsum per essentiam, est per se effectrix cuiuslibet esse participati seu participabilis, si accedat voluntas, vt imperans, potentia vt exequens, & immediatum principium operationis. Ad hæc omnia idem sunt, ratione tamen distinguuntur, quæ Scholasticis discutienda, & Theologis iudicanda relinquimus. Cum his concludimus, ideo Deum morbos immittere, quia vult, non tamen ideo potest, quia vult, sed quia talis est in sua natura.

Cum igitur Deo tribuendum est, quod est perfectissimum, ipsum esse diuinum per se ipsum est principium proximum, quasi eli-
liciens,

ciens, & exequens omnem actionem ad extra: quod est esse ipsam potentiam. Quia vero hoc præstat perfectissimo modo, indiget intellectu, & voluntate, illo vt dirigente, hac vt applicante. Hinc quamuis Deus semper faciat optimum, secundum suam essentiam comparatione facta, ad rem, quam facit, & ad proprium ac perfectum exemplar eius, secundum perfectionem vero accidentalem, non semper facit optimum; sed pro vt illi placet, vnde quãuis morbos inferat, optima tamen est illa potentia in modo agẽdi, scilicet per intellectum, & voluntatem, vt electione sua possit facere quodvoluerit, alioquin nihil determinate posset operari.

Agit vero nobiscum Deus modo adeo secreto, vt nemo sentire Medicus queat, ægrum hunc vel illum ex potestate diuina decumbere, vel non decumbere, ita potentiam suam ac pœnam tacito cum quatuor cæteris entibus commiscet, vt nemo intelligat aliter, quam ens illud esse ex entibus quatuor vnum. Et hæc ipsissima causa est, cur quatuor entium morbi nonnulli, nulla ope sanari queant. Nam hora finis non instat, non impendit tempus, non numerus, continuant ergo & durant ad horam vsq; mortis, qua omnes morbi finiuntur, fieri non potest ante horam prædestinationis morbũ hunc vel leniri, vel auerti. Quoniã æger iste in manu Dei est, vnde ipsum nullus

nullus Medicorum quamuis artificiosissimus eripere valet. Quod si tempus instat horæ redemptionis, tunc demum ad medicum Deus ægrum relegat, quo tandem cursus, tam naturæ, quam artis procedit, vt æger conualescat. Si ægrum mori constituerit Deus, Medicum relegat, & prauos subornat. Exemplo res fit manifestior.

Helleborus vomitum mouet, quod vero à quouis medico sumptus vtilis sit, hoc vanum est. Ratio. Non cuilibet Medico prædestinatus est, vt efficax sit ab ipso datus in salutem ægri cui datur. Ars enim veri Medici à Deo manat, vt & dosis, & praxis, & principium. Tunc & æger, ad ipsum mittitur, & hic ad ægrum. Et quæcunque ciuitas bonum Medicum alit, qui plurimos sanat, hæc habet, de quo iure suam felicitatem deprædicet potius, quam illa quę prauum fouet Medicum.

Hinc colligitur Medicum sanare neminem posse, nisi Deus illum ad locum immittat. Æger enim qui spem in solam medicinam ponit, è gremio Ecclesiæ Orthodoxæ repudiatur. Euentum vero qui Deo credit, qui Deo modũ, quo sanari queat committit, siue id miraculose fiat, siue per propriam imaginationis industriã, siue per Medicos fidelis permanet. Quare vnice hoc identidem inculcandum est, Deum pro supremo Medico habendum esse, is altissimus est, non infimus, sine quo nihil fit, qui sanitatẽ simul,

ſimul,& morbos confert. Ideo quamuis Medicus non cognoſcat, an ex ente Dei hic morbus proueniat, ægrum tamen in omni morbo inſtiget, vt ſuam conſulat conſcientiam, an non operum merita hanc requirant mercedem? an non diuinarum legum trãſgreſſione, iram Dei in ſe concitauerit? Ergo antequam Medici imploret opus, ad ipſum confugiat, vt ille Medici actus dirigat ac fortunet. Dum enim diuinæ legis tranſgreſſio abſque verecundia vbique locorum vilipenditur, mala confertim inualeſcunt, fit, vt ira Dei vehementer in nos ſæuiat, hinc indies magis magiſque infelices redduntur curationes. Qua de cauſa etiam peiores in orbe Medici nunquam exſtitere, quam ætate noſtra. Hoc enim morborum genus adeo violentũ eſt, vt à nullo ſopiri Medico poſſit. Quod ſi primæui Medici ad nos poſtliminio redirẽt, tota eorum ars quidem cæca & nulla eſſet, pœna enim nouiter acceſſit, quæ ente naturali, cuius cognitione ſolum inſoleſcebant illi, amoueri non poteſt.

SECTIO III.

Sola diuina Dei gratia hunc morbum ſanat ſulphureum.

FVria hæc ſulphurea, non niſi in fide, impetrata Dei gratia, abigitur, nec medicina eius aliud quicquam eſt, quam gratia Dei, quæ ſi ægrum ambiat vel adumbret, flagellum Dei

rece-

recedit, tunc primum medicina naturalis suas acquirit vires, & subiectũ huius morbi sulphu rei naturali incẽdio ardẽs, in Medici potestate relinquitur, vt ipse, quod à Deo per essentiam suo intellectu velut dirigente, voluntate imperante, ac potentia exequente occulto & imperscrutabili modo incensum erat, exstinguat. Omnis namq; morbus sulphureus ardor sulphuris est, in vna vel pluribus corporis partibus accensi. Et quãuis ille, qui morbos nobis crearit sine omni medicina eosdem à nobis auferre facile possit, si hora temporis instaret, attamẽ cur id non faciat, id in causa est, quia sine hominibus, aut horũ opera, raro quicquam agere vult, quod si miracula edit, humanitus & per homines eadem edit, quod si miraculose sanat, per homines id exequitur, quod exẽplis in tractatu nostro de morbo Mercuriali cap. 3. demonstrauimus. Sic hoc ipsum per Medicos perficit, qua ratione autem, si subiectum solum mensum sit, morbus hic diuinus, seu transnaturalis curetur, in sequentibus capitulis declarabitur.

SECTIO IV.

An solum impius sulphureo concremetur ardore.

Restaret hic indagatione dignum, an semper huius febrilis furiæ causa antecedens sit legum diuinarum transgressio, vt solum impii in hoc præcipitentur incendium? An vero alia

ro alia subsit causa, ob quam etiam probi hac agitentur furia, vt non raro ipsi electi ea contrucidentur? Nos ne vela in mare Theologicum expandamus, sola institutione auctoris salutis nostræ contenti annuimus, quod nonnunquam morbi hi transnaturales, etiam probos insiliant, vt gloria Dei manifestetur, quod salutis nostræ rector & auctor de cœco nato comprobat. Si igitur opera nostra in solius Dei gloriam dirigamus, procul dubio ipse nos ab omni liberabit malo, vtpote qui vult paratus & potens est, nos ex aduersis eripere, si nomen EIVS debita reuereamur obseruantia.

Exemplo nobis sit, Achas impiissimus cum sua Iesabele, cui mortem per Heliam Dominus nunciauit, qui conuersus est ad Deum, factus est iterum sermo Domini ad Heliam: Quia reueritus est Achab faciem meam, non inducam malum in diebus eius. Niniuitæ quia ex edicto Regis & Principum egerunt pœnitentiam ad prædicationem Ionæ, ab immenti protinus excidio liberati sunt.

Intimauit Esaias Ezechię sententiã, vt disponeret domui suæ cito moriturus, ille orauit, & fleuit, & sanatus est, adauctis ei annis vitæ quindecim. Sic .n. ad eũ per eũdẽ Prophetã locutus est Dominus: Vidi lachrymas tuas & exaudiui orationẽ tuam. Ecce ego adiiciã super dies tuos quindecim annos, insuper & de manu Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam, & protegam eam.

eam. Ad hunc igitur Medicum, ex quocunque ente æger contraxerit morbum, confugere oportet.

CAPVT IV.

Quibus ſignis morbus ſulphureus, ab ente aſtrali procreatus, dignoſcatur, quibusue remedijs curetur.

SECTIO I.

Qui fiat ex ente aſtrali morbus ſulphureus.

MOrbum ſulphureum deſuper, ſeu cœlitus à cauſa ſuperiori in nos deriuari, tũ Veteres, tum ipſi Neoterici, qui ipſum non raro Epidemicum dicunt, atteſtantur. Quocirca febris omnibus ſeculis maxime pueris ac fœminis multum fuit formidabilis. Hinc veteres recte huic morbo Febris nomen indiderunt, non vt male Miſochymici interpretantur à feruore, ſed à formidine, quæ Græcis φέρφως dicitur. Quod cœlum ſuo influxu ſanitatem conſeruet, eamque deſtruat, ac febrem in nos excitet, ex eo quod eius influxus ad mixti conſtitutionem ſit plane neceſſarius, oſtendi poteſt. Elementa per ſe ſola, & per ſuam mutuã actionem, non poſſunt ſufficere, ad ſubſtantialem mixtionem, ita vt ex eis, & ab eis, verũ ſubſtantiale mixtum generetur, tum quia, neque in aliquo illorum, neque in omnibus ſimul eſt forma

forma mixti formaliter, aut eminenter, tum etiam, quia elementa cum sint materia transiens, respectu mixtorum, non potest in illis solis, esse tota vis actiua & materialis generationis mixti: Necessaria ergo est virtus cœlestis, quæ iuuat ad mixtionem perficiendam.

Hæc vero virtus generatiua, vt ex blanda & amica Planetarum coniunctione, in nos descēdit: Ita similiter ab infelici & aduersa oppositione, virtus destructiua promanat, quamuis non minus obscurum sit, quomodo virtus influxa à cœlo, si in se simplex sit, & naturaliter agens, ad illam varietatem sufficiat, minimus intelligibile, è quibus ea deriuetur stellis.

Aristoteles putauit coitione Saturni, ac Iouis, innasci febres, ac Regum imperia opprimi. Albumasar id Ioui & Marti ascribit, humido si excipiantur signo. Alii Ecclipsi. Alii Euestraii essentiæ hoc tribunt. Quicquid vero sit, constat quod cœli influxu, corpora nostra multū turbentur, & actiones impediantur. Hinc natum prouerbium: Nihil agas inuita Mineruа. Et ob hāc arbitror rationem, Iouem in Pythagoricis carminibus obsecrari, vt vel ipse leuet, tot malis, genus humanum.

Quocirca cōsideratu dignum est illud Iamblichi: Cœlestia vires quasdam in se superiores, nonnullas inferiores habere, per has quidem effectibus nos fatalibus deuincire, per illas autem vicissim soluere nos à fato. Quasi claues,

F vtin-

vt inquit Orpheus, ad aperiendum habeant & claudendum.

In variis enim stellis, variæ sunt vires, quæ corpora nostra variis modis subito alterant inquinant, & corrumpunt. Videre hoc est in arborum fructibus, qui non quotannis, sed certa annorum periodo, ob certos cœli motus, siderumque aspectus, in ipsis arboribus, vt & nuces in putaminibus, putrescunt, cuius præcognitione Astrologi, fertilitatem vel sterilitatē certo præsagiunt.

Nec horum cœlestium corporum influxus cum ab his omnis virtus deriuetur, negari debet, quod inuisibilis sit eius actio; si quidē multa animalia, ictu quopiam, vel occulto spiritū, animumq; repentino stupore permutant. Notum est, quid rabiosus canis faciat, vel nō apparēte morsu, quid scopa, quid arbutus, quid mulier menstruosa; Nonne leuissimo tactu venenum concitant, atq; rabiem? speculū illa obfuscat, ac vinum in dolio corrumpit? Qui igitur cœlestia corpora oculorū suorum radiis, quib. nostra contuentur corpora simul atq; contingunt, statim miranda non perficient? Nonne diurno tempore cœli influxu humores mouentur à centro ad superficiem, ideo in die vigilandum; Nocturno à superficie ad centrū, ideo dormiendum noctu? Nec ideo negandum hoc est, quod indiuisibiliter hoc fiat, vel eueniat; Inuisibile enim peritū, doctumq; artificem reddit,

reddit non item visibile. Pictor, vel aurifex, florem facit visibiliter; Eundem etiam sol profert, sed aliter, huius licet operantes manus non videas, ex operibus tamen quæ promit eas æstimare potes ac debes. Operibus enim credi par est, hoc est, res facta persuadet, ipsam ita fieri debuisse. Credere enim in Medicina aliud non est, quam scire rerum inuisibilium opera, exitus, naturas, proprietatesque, non secus ac ipsarum visibilium. Sic ergo cœlum laborator existit in homine res multas miraculose alias quoque producens, in iis rebus, quæ faciunt, vel ad vitæ longe vitalem, vel ad sanitatem, vel ad morbos, vel ad mortem; Sicut enim nascuntur iam violæ, iam betonica, iam flammula, iam verica, iam carduus, iam rosa, iam vuæ maturescunt sub autumnum: Ita natura quoque subinde operatur, ac vnum post alterum producit, vt cuilibet tempori sua iusta fiant.

Pari vicissitudine cœlum quoq; in homine varia operatur, ac producit vnum post alterū, quæ omnia ad hominis vel sanitatem, vel morbum mortem que vergunt, prout laborantis cōstellatio se habet, quæ si sulphur in subiecto humano suis radiis incendit, quædā quasi subitanea tempestas incumbit, cum importunitate & celeritate incredibili, sereno tamen cœlo & astris micantibus.

Vulcanus sulphur cum nitro & mercurio

inflammat, quod dum fit, æger concutitur, veluti à terræ motu, donec ascendens transierit. Non secus ac hæc tria in Athanari fixa iacerēt, ac Vulcanus ignem incenderet, quamdiu enim incensio durat, tamdiu nitrum & sulphur in mercurio quatitur ac tremit, ea concussatio paroxismus est, quo finito, ardor hominem inuadit, qui tamdiu durat, donec exstinguitur, vel à natura abeunte, ascendente, vel interiecto medicamine, quo veluti pluuia interueniente, flamma deletur.

SECTIO II.

De primo morbi sulphurei genere.

PRimo morbi sulphurei genere cœli motu, vel canis æstu, solisque ardore, vel quocunque occulto influxu prompte afficiuntur calidi & sicci, cum nimirū acerrimas fuligines colligant, vnde facile, vel æstu incandescunt, vel altrictis venis, occlusaque cute exardescunt fuligines, ac mobile sulphur in venis contentum inflammant. Sic oritur diaria, ob id dicta, quod ex natura sua, eius tota constitutio accessione vnica constans, vltra viginti quatuor horas, non extendatur.

Hæc febris omnium est placidissima, vt subiectum in quo consedit, leuissimum est, euphoria adest, augmentum non superat duas horas, status non est vehemēs. Natura & quies ipsam curant. Dum enim ardor ichorem sanguinis

tangit

tangit, salsior eius pars, se resoluit, eiusq; flammam exstinguit. Vnde hæc febris sana, & nequaquam sua natura lethalis est, nisi committatur error, & in aliud genus mutetur. Calor in hoc morbo mitis ac blandus est, pulsus nullum habet inflammationis signum, nullamque omnino inæqualitatem, nam accensio non est in arteriis, ideo pulsus naturalis manet. Vrinæ omnino similes naturalibus, aut parum ab iis mutatæ, bene coloratæ & iustæ communiter omnibus, quibusdam harum nebula, aliis eneorema, aliis hypostasis, prout digestio bona. optima inest. Facilitas accessionem tolerandi, sig nũ Diariæ maximum est, sicut & caput peruri videtur, quia primum & præter cætera à sole incaluit, vtpote apertum, vel nimis tectum. Hinc intus & foris non æque calent, ob id sitis minor, ac vti caput impurum est, excrementosum, æstus venas oculorum, ac faciei, frontis, ac temporum, sanguinis copia replet. Hinc sumitur indicatio curationis quod è solis radiis æger amoueri, & in aerem humidum, ac venis peruium debeat transportari, qui si temporis anni lociue ratione talis est, ore trahatur, sin minus, alterandus, aspersione aquæ, iuncorũ, salicum, vitis, lactucæ, rosarum, violarum nemipharis, quorum etiam flores naribus admouendi, victu humido frui, & quæ totum corpus humectant instituenda. Ideo balneum aquæ dulcis, à veteribus tantopere est commendatũ

hiſce ſuam hæc febris deponet malitiam, quod ſi aliud ſulphur accendat, aliis remediis occurrendum eſt.

Si igitur hæc cauſa morbifica perſeueret, ac mobile ſulphur in arteriis ſanguini permixtũ quoque incandeſcat, dicitur Ephemera, quæ non vno die finitur, quoniam huius ſulphuris ardor, mutuo ab eo, qui in venis eſt, fouetur. Interdum vltra tertium diem excurrit, atque eo modo ardor ſulphuris in arteriis contenti alitur, dies 4. durat, quod ſi toto tempore ardor ſui ſimilis, ſibique par permanet, dicitur ſynochos homotonos, ſi ardor ilico emicans, paulatim miteſcat, dicitur paracmaſtica ſi perenni incremento augeſcit, dicitur epacmaſtica, ſigna eadem quæ in diaria, ſed vehementiora ſe produnt.

Si autem ſulphur in arteriis ac venis ſimul adeo incandeſcat, vt ſanguinem adurat, carnemque depopuletur, fit ſynochos putrida, in qua non raro peculiares maculæ erumpunt, ad quam referuntur aliæ malignæ petechiæ vocatæ, item variolæ & morbilli. Variolæ tubercula ſunt verrucis non abſimilia. Morbilli maculæ latæ ac planæ, connata ex ſanguine materno in vtero vitia, quæ per occaſionem ſiderum influxu, concepti in maſſa ſanguinea caloris ipſa efferueſcens expellit. Hæc cum perſæpe contagioſa ſint, peculiarem requirunt tractatum.

Quod

Quod si maius incendium è sulphure excrementitio in vacuitatibus contento, vna cũ sulphure mobili accenso suboriatur, fit causus, vqi prædicta symptomata crescuut, corporis iactatio maxima, vigiliæ perpetuæ, capitis dolor delirium, fastidium, sitis vehemens, lingua arida, scabra nigra, ventis erosio, vrinæ flammeæ, pulsus velox, frequens cutis ad tactum feruet, estque vapor mordacissimus. Quando corpus adipe refertũ, dicitur lypiria, in qua partes ob resolutionem adipis externas frigere internis vrentibus contingit. Hæc non raro in Elodin mutatur, qua totum corpus pro more assatæ carnis diffluit. Si sulphur viscosum tunicis ventriculi inhæreat, perpetuo iactat ægros, contundit hypochondria, cibi fastidium, sitim, vigilias vel in leui somno deliria habet, dicitur Assodes. Cardiaca vero dicitur si idem sulphur crassum ac viscosum cordis partibus adhæreat, vbi exigua & frequens respiratio, residere volunt ægri, non in lecto iacere, vt facilius spirent, attollaturque pectus facilius, sæpe in syncopem cadunt, quę symptomata sunt cęteris grauiora.

Hoc pacto Diaria præbet occasionẽ Ephemeræ, Ephemera synocho, synochos putridæ, putrida causo, quã & morbũ Vngaricũ vocãt.

Cum igitur harum febrium diuersitas à maiori & minori incendio dependeat, curatio omnium vna ac eadem est varietas in recta

administratione medicamenti consistit, magnus enim morbus, magnum requirit medicamentum, cuius indicatio ab habitu corporis, virium tolerantia, ætate, complexione, natura consuetudine ac medicamenti actiuitate desumitur. Tota vero huius morbi curatio in exstructu sulphureæ flammæ, ac in conseruatione primorum corporum, ne flammam recipiant, persistit. Ex quo generalis quædam potest per indicationem colligi ratio remedii, eã incensionem impedientis, vt sint duo summa remediorum genera. Ardoris præter naturam exstinctio, ac primorum corporum colligatio, ne facile incendantur.

Quamuis vero cœlum in potestate nostra non sit, vt eius influxum omnino inhibeamus; corpus tamen præcustodire possumus, ne calor cœli in id nimium sæuiat; aere igitur frigido refocilletur æger.

Alteram indicationem assequemur, administratione eorum quæ omni substantia pugnant, ne corpus ardorem recipiat. Totius curæ scopus, eo dirigi debet, vt tria prima sulphur mercurius & sal in humectatione permaneant, ne in oleitatem abeant, eo præstito, cura absoluta est.

Iuuat ergo causam patientem respicere, eam roborare, accensionem sulphuris impedire, accensum delere, non negligendo, quæ in omni morbo attendenda sunt, Aluum exonerare,

vrinam

vrinam ad expulſionem ſtimulare, naturam quo vergat, ducere, cibum & potum ad reſtinguendum ardorem habilem adminiſtrare, & quod caput eſt, flammam ſulphuris exſtinguere, fuligines expellere, quod frigidis nequaquã fieri poteſt.

Quam ob cauſam, Elementum aquę, quamuis in cauſo concedamus, eo quod ſulphur in magnis ventriculi lienis, hepatis &c. cauitatibus ardeat, quod eius humiditate exſtingui poteſt; Non tamen eius vſum in Ephemera, ſynocho, variolis & morbillis admittimus. Quoniam humiditas aquæ ab Archęo vẽtriculi corrumpitur, vt eius poteſtas, ardorem in venis contentum, non pertingat, quin immo ventriculum debilitat, qui per ſe debilis, aqua actu frigida, ſimul & potentia, laxante, & eneruante magis debilitatur, obſtructio venarum omniũque ductuum ratione frigiditatis augetur, per quos ardor deberet diſſipari, vnde aggrauãtur ſymptomata, dũ egreſſus fuliginũ occludatur, magis igitur lædit ſua frigiditate, quam emolumentum ratione humiditatis adferat. Quamuis non negamus, quin in declinatione morbi aqua frigida, ex accidente, ſudores moueat, & febrem exſtinguat. Mouet enim ſudores, denſatis partibus interioribus & ſolidis corroboratis. Partes enim ſolidæ & humectatæ & refrigeratæ, quandam faciunt humiditatem, aut vaporem retentum, in ambitu corporis extra

 propel-

propellunt, vel vt partes superiores ventriculi cõstrictæ recrementa deorsum mouẽt, sic venæ maiores aqua frigida compressæ ad minores venas fumos & recrementa abigunt. At quia maiori facilitate sudores mouere possumus, nõ est, cur aquam tanta copia ingurgitemus.

Non tamen inhibemus, quin non totum corpus, linteolis aqua salsa, vel maris madefactis, inuoluatur, cum ea cutis pore aperiantur, & corpus humectetur. Quo salitari remedio magno fœnore scimus Venetos vti in febribus ardentissimis, continuo per cohobia. Cum tamen hæc irroratu ad intimas venas, non trãseat, necesse autem sit, vt agens attingat passum ad fundamentum fundamentorum confugiendum est, hoc est vt ipsam naturam consulamus qui in macrocosmo ignis deleatur, vt eius institutione edocti, pari modo ignem microcosmi extinguamus. In macrocosmo ignis deletur, vel vento, vel pluuia, ita vnico sufflatu candelam ardentem delemus, & aqua carbones ignitos suffocamus, simili plane ratione, ardorem microcosmi restinguamus.

Ventum igitur excitare oportet, quod fiet venæ sectione, hæc enim fumos calidos retentos subito euacuet, & quia in locum sanguinis extracti venæ multum aeris frigidi, fuga vacui, contrahunt, reliquus sanguis ventilatur, qua fit, vt subitaneus ille motus incendia extinguat, non aliter quam in macrocosmo euenit,

nit. Hanc ob causam veteres venæ sectionem ad animi deliquium fieri debere suadent. Sed genus hoc remedii cœpit iam pridem esse suspectum, neque enim tantum commodi habet, quam periculi, cuius rei fidem facit ipsa experientia, & quorundam tristis exitus, qui cum ex multi sanguinis euacuatione animo defecissent, nunquam postea reuocari, aut ad sese redire potuerunt. Quo quidem casu nonnulli Medici, à veterum scriptis, ne latum vnguem recedentes, nec considerantes, quod alio tempore, aliarum regionum incolis, tam Græci, quam Arabes, scripserint medicinam, in summum dedecus inciderũt. Quapropter illa euacuandi ratio, vt temeraria & periculo plena; ita à Germanis merito damnatur, quamuis Gal. in exteris nationibus forsan successerit. Longe igitur tutius est, quod à peritissimis Medicis præcipi solet hodie, venæ sectionem repetere, vel paulatim & per interualla sanguinis tantum auferre, quantum ægri conditio morbique status exigit & ægri vires.

Quod si vires, & ætas, venæ apertionem dissuadeant, duabus, vel pluribus cucurbitulis, cum scarificatione humoris appositis, magna sanguinis abundantia euocetur. Ætate vero hanc euacuationem non permittente, pluuia cienda est, quod fiet sudoriferis. Sudor enim microcosmi, pluuia quædam est, qua

eius ardor restinguitur, quod cum Hipp. Galenus testatur, inquientes, Quod febris vel sanguis è naribus fluxu, vel sudore soluatur. Item lib. 9. Meth. Quotquot euaserunt propter sanguinis missionem, vel propter sanguinis fluxũ è naribus factum, liberati sunt. Mouent sudorem è vegetabilibus, lapides nostri vegetabiles, è radice Anchusæ, sanguisorbę, cardui benedicti, è mineralib. sulphur Alcophil dulce, fixus magnesiæ saturninæ puluis, ex animalibus lachryma cerui, bezoar lapis, & id genus alia, quorum præparationes mox subiungemus.

Sin autem ob debilitatem, vel ætatem, nec pluuia excitanda est, arcana sunt administranda, non integra sed præparata, non extracta, & in partes diuisa, sed post resolutionem & purificationem iterum coniuncta, & ad integritatem redacta. Eiusmodi sunt, acetum æris alcophil nigri, glacies paradysi, sulphur reuerberatum & fixum, cornu cerui, monocerotis, Dens elephantis, succus granatorum Arantiarum, Rosarum &c. Hæc sunt, quæ furiam hanc abigunt, incendium delent, tria prima in vero nexu conseruant, & sanitatem tuentur, quæ sedulo, cito, ac simul, si nihil prohibeat, & per cohobia administrari debent. Vt autem maior doctrinæ huius veritas illucescat, videamus nunc, qui curationem Misochymici quidam instituunt, lente & sensim mederi incipiunt, Primo inuasionis die ventriculum, vt roborẽt,

vnguen-

Vnguento ſtomachico ac muſcatellino oblini iubent, altero die, vrinam ſpeculantes, exiguā ſanguinis euacuationem conſulunt, poſtero ab hoc die; clyſma flatus diſcutiens, iniiciunt, vinum prohibentes; aquam cauponis deſtillant, quam cum æger, ob fœtorem bibere; nec olfacere quidem poteſt, emulſionem ex amygdalis, piſtaceis, pineis, vel claretū è conſ. roſar. peon. bugloſſæ, violarum, cum aquis ſtillatitiis taraxat. fragorum roſarum ſubſtituunt. Interim magnam virium inſtaurationem pollicentur aqua perlarum, cuius formula talis eſt. ℞. Margarit. pulu. ʒ. s. (præparatio fit tritura ſupra porphyrium cum aqua roſacea) iulepi roſati ℥s. fiat ſ. art. emulſio. adde aq. prun. ſylu. lilior. conuall. taraxat. borrag. an. ℥i. conſ. perlat. ℥i. s. Quin non raro tria, vel quatuor grana lapidis Bezoardici, corpori cacochymico ingerunt. Præterea abdomini cataplaſma exſiccans, vel ſacculum herbis rad. & ſem. exſiccantibus inciſis & quaſſatis repletum ac turgidum, quibus forſan humores ſuos & flatus diſcutere volūt, applicant, quem cum æger ob nimium æſtum ferre diutius non poteſt, & forſitan ecthymata, papulæ ſeu morbilli circa inguina ſuboriātur, vng. ex lytargyro compoſito inungunt, toto tempore pulticula auenacea, aut hordeacea, victum ſcilicet in morbis acutis tenuem, adminiſtrant. Hiſce rebus, & verborum additis blandimentis, tempus producunt, quibus cū nihil ſe pro-

se proficere vident, sed malum semper increſcat, vt Hippocraticum illud obſeruent, Medicum prouidentiæ operam dare oportet, maturo conſilio, morte iam imminente, purgationem ex infuſione Mechoacæ cũ extracti Diacarthami ℈. i. ſp. virioli, aq. cinamomi gutt. vi. factam, porrigunt. Quibus ſi conualeſcat æger, arti ſuę merito hoc opus aſcribant.

Sudoriferum vegetabile

Rad. Anchuſa, ſanguiſorba &c.

RAdices anchuſæ contundantur, contuſæ macerentur in proprio inteſtino, tria prima ad legem artis ſpagyricæ ſeparentur, purificentur ac iterum coniungantur & coagulentur. Doſis Gr. vii. cum aceto philoſophico.

Sudoriferum minerale

Sulphuris Alcophil dulcis.

ALcophil crudum pulueriſatum iniſce in mortarium, aut vas vitreum, cũ collo longo, ita vt ad tertiam impleatur partem, affunde acetum philoſophicum æris alcophil nigri, quod ſale ſuo proprio ſit exaſperatum, claudatur vas hermetice & ponatur ad ignem digeſtiuum, per 40. dies, quo tempore corpus diſſoluitur, ac acetum rubro tingitur colore, hoc acetum per inclinationem effunde, reiterando donec amplius acetum non coloretur, rubeum hoc acetum, iterum per 40. dies digeratur, donec nigro inficiatur colore, & fiat atramento ſudorio ſimile, quo ſigno corporis ſoluti o proditur.

ditur. Hanc materiam nigram, destilla in B.M. & prolectetur acetum clarum, nigrum in fundo massam aqua dulci dulcora, & leui igne exsicca, exsiccatam cum vini spiritu vt tres digitos emineat, per duos menses digere, donec tingatur rubino colore, tunc destilla in arena per alembicum hermatice clausum. Hic vini spiritus Alcophil tincturam secum trahet, & separantur elementa, & intueberis cũ magna admiratione alembicum diuersicolorẽ ac plane aureum. Destillatum per dies decẽ circula, donec fiat separatio & Alcophil sulphur ad fundum cadat. spiritus clarus supernatans separetur.

Oleum hoc admodum dulce, maximum est alexiterium, cui vix aliud ęquiparari potest, per sudores, quos in dosi quatuor tantum guttularum potenter euocat, omnis generis venena, & pestilentes corruptiones è corpore nostro abigit & expellit, cuius plane stupendi, imo diuini eiusdem sunt effectus.

Fixus Magnesiæ Saturninæ puluis.

MAgnesia Saturnina cũ glacie paradysi colliquetur, in crucibulo. & pedetẽtim proiiciatur frustulũ glaciei vnũ post alterũ in liquatã magnesiã, ita calcinetur calcinatione philosophica aperta, per horas quatuor. Inuenies magnesiã calcinatam, & coloratam instar hepatis, quamprimum vero ex igne reuerberato crucibulũ extraxeris, pulsa eũ, & deponet in fundo Regulũ ex cuius sublimato, acetũ philosophũ,

concin-

concinnes, Massam illam subrufam dulcora aqua calida, vt glaciem paradysi soluas, eamque effunde, & iterum in crucibulo glacie paradysi massa calcinetur & abluatur, vt dictum est, denique puluerem exsiccatum cum spiritu vini in vase hermetice clauso per mensem digere, tempore absoluto spiritum vini incende idque decies repete, ignisque flamma puluerem reuerbera, ad horas vndecim reuerberatum in loco humido solue, solutum lente igne coagula.

Admirabilis est huius pulueris efficacia, aduersus omnes cordis, hepatis, lienis, inflammationes, omnem metallorum crocum virtute ac potentia longe superans, tuetur cor ab omni veneno, estque præstantissima medicina, tam ad præseruationem, quam ad curationem cuiuslibet febris ardentis Dosis Gr. vi. ad ℈. s.

Lachryma cerui.

THeomnestus Niciæ æmulus, scribit ceruos intestinorum involucris implicitos vermes serpentium esu enecare, quos ex cauernis narium spiritu eliciunt, & ne illorum virus illis obsit, ad flumina accelerant, quibus se ad labra immittunt, tum oculis lachrymæ lente destillant, quæ viscedine sua coagulatæ in angulis oculorum nucis iugulandis pondere coalescunt. Cum sese veneno exoneratos sentiunt, aquam egressi, in latebras diuertunt, & caput arbo-

arboribus affricant, vt visus obstaculum decidat. Hunc lapidem in Sicilia & Oriente magni vendunt, de quo Auensoar grana tria in lacte, vel aqua cucurbitæ, aut rosata dissoluta, filio Regis Hali dedit potandum, & eum à virulenta aurigine liberauit. Huius etiam meminit Scribonius Largus, sed nemo exactius Iulio Scaligero. Ante centesimum inquit annum in ceruo nulla est lachryma: post eam ætatem accrescit ad oculi canthum ea duritie, qua cornu superet, qua parte prominet, rotunda est insigni nitore, coloris fului, non sine vestigiis extimarum venarum, tantæ leuitatis vt pene tactũ effugiat. Ita enim sese subtrahit, vt pene se ipsam mouere videatur, aduersus venena & morbos acutos remedium præstantissimum. Dantur Gr. vi. cum aqua carduibenedicti, vnde tãtus cietur sudor, vt pene totum corpus solui credas. leg. Scaligerum exercit. 112.

Bezoar lapis.

BEzoar lapis, è ventriculo animalis cuiusdam cerui formam referentis, nemora in Corasone & Persia oberrantis eximitur, constat ex laminulis miro artificio alia aliam vt cæparum tunicæ amplectentibus, splendentibusque quasi politæ essent, immo priore lamina dempta subsequens multo splendidior inuenitur, quod legitimi est indicium: suntq; hæ laminę alię aliis densiores pro lapidum magnitudine

tudine leuis est & blãdus, vt facile alabastri modo abradi possit, quin & diutius in aqua hęrens liquescit. Nullum cor aut matricem habet, sed in meditullio cauus est, & pulueris eiusdem cũ lapide substantiæ plenus, qui maxime commẽdatur, atque etiam ipsi lapidi præfertur, sed is puluis legitimi etiam inditium est. Etenim qui adulterati sunt, neque laminas splendentes habent, neq; pulueremillum in meditullio continent, sed granulum aliquod aut semen supra quod Indi illum effotmarunt, quoniã multi adulterini aduchuntur, vt è centum vix denos legitimos inuenias, quemadmodum ipsimet Indici scriptores fatentur, istic multos adulterinos conflari. Quatuor granorum pondere ex conueniente liquore sumptus omnium febriũ symptomata, animi mœrores, anxietates, & cordis affectus aufert.

Arcanum minerale: Aceti philosophici æris Alcophil nigri.

ÆRis Alcophil nigri puluerizati & bene triti lib. I. indatur craneo, quod aqua pluuiali ad medietatem repletum, pone in fimum equinum, vel ad ignem digestorium, donec spumam edat, qua apparente corpus iam dissolutum est, qua agitata aliud in vasculum effundatur vitreum, alembico imposito ac hermetice clauso aquam euoca, quæ erit parum acida, quæ tota extracta & adaucto igne sublimabitur Æs

Alco-

hil nigri, sublimatum contere, & fæci-
fundo relictis commisce, acidam aquam
affunde & distilla, quem laborem toties
, donec aqua erit instar aceti acerrimi.
etum iterum supra lib.1. Æris alcophil
ulverizati affunde, vt tres digitos emi-
lent in digestione ad dies 12. contrahet
rubedinem, ex fæcibus leg. art. paretur
turam B.M. destilla, exibit acetum clarũ
um, quod acuetur sale suo proprio, re-
tiam per retortam igne forti pelle, habe
m rubicundissimum.

um hoc Cataclysmus est, quo omnis ar-
rnus restinguitur, & externus si anima
impraegnetur.

Glacies paradysi.

nosam murorum veterum salsuginem
sam in mortario in pulverem redige.
aheno ex aqua pluuia, vel vrina sat diu
ola per filtrum, & in dolio ligneo qui-
superficie glaciem contrahit, quæ est
artis in sole siccandum. Huic in cruci-
ora carbones ignitos liquefacto, sul-
tum sensim inspergatur, denique in
n calefactum effundatur, fiet sal cristal
em Penotus Aphronitrum, Querceta
ffectu sal prunellæ, Chymici Glaciem
vocant. Huius sal ℥i. in aqua fontana,
prædicto philosophico soluta, omnẽ
it ardorem.

Sulphur reuerberatum & fixum.

Recipe flauum sulphur in tenuem puluerem redactum, & abstrahe ab ipso destillando aquam fortem, valde acrem, terna vice, postea sulphur quod est in fundo nigri coloris dulcifices dulci aqua, eam toties, ab eo distillando, donec prorsus dulcis abscedat, & non amplius sulphuris fœtorem habeat. Hoc iam sulphur reuerbera in reuerberatiuo clauso, sicut antimonium, quod primum albescet, postea flauescet, tertio instar zinnaberis rubescet. Hoc reuerberatum sulphur corpus humanum ad suam summam reducit sanitatem, tantæ virtutis est, vt nihil putrescere sinat, tantaque potentia corpus præseruat, vt nulla influentia, aut naturalis corruptio corpori imprimi queat, sicut ipsa eius experientia prodit.

Non minoris efficaciæ est, quod in tartari solutione soluitur, ac aceto figitur, vt videre est, apud Quercetanum in pestis alexicaco, seu luis pestiferæ fuga.

Nec contemnendum quod spagyrico more de colcothare sublimatur, tãdiu, donec ab igne non superetur, quod à conditione colcotharis habet. Fixus hic spiritus Terræ balsamus spiritu Terebinthinæ soluitur, mẽstruum in arena euocetur, & liquor in fundo relictus iterũ per retortum pellatur, exibit oleum rubino simile, magnæ virtutis & efficaciæ.

Prepa-

Præparatio cornu cerui, monocerotis, dentis Elephantis.

RAſura vini ſpiritu ad ſex digitos infuſa, digeratur in balneo, vaſe clauſo, per dies 14. deſtilletur per retortum ad gradus ignis, vt aquæ fortes, liquor ter reddatur fæcibus tritis, & commaceretur ſemper per octiduum; tandem circulentur omnia, per aliquot dies, menſtruo ſeparato, quod in fundo eſt, tunc eo vtere. Doſis ℈i. in aqua cornu cerui quæ ex cerui primis cornibus exſtillatur vel in ſcobem verſum cornu maceratur in aqua cardui benedicti.

SECTIO III.

De intermittente, ſtomachica, altero morbi ſulphurei genere.

ALterum morbi ſulphurei genus, ex ſulphure excremẽtitio eſt, quod ſe tartari fœcibus commiſcet, in renum, hepatis ac ſtomachi digeſtionibus, hinc in tres ſpecies hoc diſpartitur genus: in ſtomachicam, hepaticam, & ſpleniticam, quas ob periodicationes, quas ſeruant, intermittentes, & primam ſpeciem, Quotidianam; Alteram tertianam, ac denique vltimam Quartanam vocant.

Cum vero certis adeo periodis & ordinariis natura criſin moliatur circuitibus, inſignis inter veteres, & Neotericos agitatur controuerſia: hærent Philoſophi, cæcutiunt Medici, ſtupet vulgus, nec potis eſt vllus, rei huius cau-

sam necessariam diuinare; Quippe vt inquit Lucretius sacro multa tegit inuolucro natura.

Pythagorici ad numerũ omnia referũt; sed quid numero cum actione? sententia dudum iam explosa. Pseudomedici ad humorum naturam confugiunt, quam sententiam superiori cap. refutauimus. Nugiuendi quidam & ignari Astrologi ad beneficos maleficosue criseon diebus dominantes Planetas rem deuoluunt, neque tamen Petrum, verbi causa, nec Paulũ quorum hic hesterno, ille hodierno laborare incepit die. septimo ab vtriusque morbi principio die crisin pati, diuersis tamen sub aspectibus planetarum vident. H pp. mirandus ille senex licet polliceatur se causas allaturum rei tamen difficultate forsan territus, id nõ præstitit. Nos cum Galeno à solius lunæ lumine & motu sulphur hoc accendi comprobamus. Quod hoc modo continget.

Feces tartari cum sulphure excrementitio, vna cum mercurio & sale ex digesto in ventriculo congregantur, & in vnum globum coagulantur, hic quoties cœli ictu percutitur, toties accenditur, quo incenso, subito fumus ac fuligo ascendit, aerem in corpore contentum inficit, inde tremor. Quoniam vero in prima alimenti digestione mercurius dominatur, fit hic globus non densus, sed rarus, hinc quoties cœlum ipsum, eum accendit, quod cum cœlum spatio 24. horarũ semel moliatur, semel in die exci-

excitatur paroxiſmus. Subiectum enim hoc ad ardorem aptum eſt, pro magnitudine huius maſſæ replicantur & multiplicantur paroxiſmi, ac incrementum morbi inualeſcit. Nam materia hæc in medio globi magis compacta quæ dum flagrat ardor diutius perſeuerat, hinc quot paroxiſmis accreſcit, totidem decreſcit.

Generatio vero huius globi, ita ſe habet. Ab Archæo ventriculi fit fractio & digeſtio alimẽti aſſumpti, quod ſi quantitate & ſubſtantia naturæ conueniens ei obtrudatur, fit æqua diſtributio in cætera membra, & ſanitas conſeruatur. Si autem ſubſtantia & quantitate naturæ auerſetur, ita vt mercurius alimenti in contrarietate perſiſtat, ſulphur viſcidum ac nitrum pingue ſit, liquatur primo à calore ſulphur, poſtea nitrum, quibus mercurius commiſcetur, ita hic globus generatur, ac per varias digeſtiones, quaſi per circulos augetur, & incrementum ſumit, qui ſi ictum quemcunq; ſentit, ſubito accenditur, vnde fumũ mittit, quẽ ſi aer perſentiſcit, fit leuis rigor, quẽ tremor & frigus inſequitur, quã diu autẽ hæc maſſa ardet, tã diu calor durat. Illa vero raro vnica vice abſumitur, quoniam ſucceſſiue generata eſt, & natura ſubtiliorem materiei partem intra ſe recondit, craſſiores ad extra effundit, ita vt hæc maſſa lapidi Bezoardico nõ male comparari poſſit. Hic vt diximus, in cuiuſdam Capriolæ in India orientali degentis ventriculo reperitur, multis

interceptus circulis, qui non vna digestione lapidem prognatum arguunt, sed varia ac diuersa appositione incrementum sumpsisse monstrant. Absonum igitur non est, simile in homine generari posse. In eo solum discrepāt, quod tria prima in humano isto globo non sint congelata, sed saltē coagulata, ac in cuiusque circuli concaua parte mercurius dominetur qui dū exitum inuenit, ventum mouet, quo flammam restinguit. Quocirca alio superueniēte circulo alter globi circulus incendio abripitur, hinc quot circulis massa illa componitur, totidem paroxismis æger tentatur, tota vero massa consumpta, febris terminatur. Signa morbi sulphurei stomachici sunt, compressiori stomacho, ideo ignaui sunt, & rerum omnium pertæsi, vix pedes tollere possunt, aut os aperire, adeo pigri grauatiq; sunt. Itē nausea, vapor fœtidus, quare sentiunt saporem, quasi dura oua comedissent. Debilitas capitis omniumq; membrorum discoloratio, somnus narcoticus, tremor fortis, & mania post calorem, quoniam fuligines caput replent, vinum fastidiunt, & ipsum bibere non possunt. Et licet quidem calor inualescat, tamen non bibunt multum, futurum paroxismum oris pandiculatio præsagit.

Cura in dissolutione istius globi perficitur, Esurinis naturalibus, oleo sulphuris acidi, sanguine hydræ, vegetabilibus, esurino scyllitico

tico, cortice rad. iuglandis, centaurii, &c. Dissolutum potius expurgari debet, per vomitũ, quam per aluum. quia per secessum materia illa commode non expellitur, id cum vnica vice nec solui, nec expurgari potest, medicina sæpius adhibenda est. Ex vegetabilium numero sunt, sanguis Titymallorum, Asari, staphidisagyriæ coagulum. Ex minerabilibus primatum tenent, mercurius auri præcipitati, Antimoniũ reuerberatum. Paroxismum sudor subsequens bonum, eo enim fuligines absumuntur, & mẽbra refocillantur, quod in omni febre animaduertendum, omnis namque febrilis dispositio sudore terminatur.

Esurinum scylliticum.

SCylla exquisita præparatione opus habet, alias, vt ait Auicenna omnes scyllæ vel etiã selectissimæ, sunt venena, quarum vsus diuturnior exulcerat viscera. Vt igitur recte præparentur, sola illarũ coctio in igne, vel aqua bulliente, non sufficit, quamuis omnia igne dulcescant amara, & acerba, vnde & cepæ communes in quotidianum ciborum vsum coctione dulcorantur; Attamen hoc pacto, vel imperfectius coctæ noxiã qualitatẽ nõ deponunt, vel nimium coctæ, omni virtute attenuandi, incidendi & detergendi priuantur, inutiles & prorsus inefficaces redduntur, ita vt difficilimum sit huius coctionis mediocritatem adeo

exacte seruari posse, ne alicubi vel in defectu vel in excessu delinquatur.

Neque scyllæ exurens, & exulcerans vis, & acrimonia additamento farinæ erui, aut orobi tollitur, quod erudite ostendit Quercetanus Pharm.dogmat.rest.lib.1.cap.23. Alii scyllam in orbiculos seu taleolos sectam soli aut remisso calori per 30. aut 40. dies exponunt. Alii plures scyllas accipiunt decorticatas, quas pasta inuoluunt, vt singulæ panis figurã videantur adeptę, tum demum furno calido aptoque panes coquendo illas committũt, & ita tempore multo breuiore scyllas suas præparant. Nos scyllã cultro è candidiore ligno parato, cum eburneo, concisam in orbiculos, in furni Athanaris calore, cum ille diu noctuq; pari gradu perseueret, exsiccamus; Deinde orbicularum refrigeratarum lib.1. in vitreum vas ponimus, & boni vini aceti sextarios duodecim super infundimus, diligẽter vitrum obturamus, ac per triginta dies caniculæ caloribus, vt maceretur permittimus, deinde extracta scylla, & expressa, acetum, colamus, colatum è cinere destillamus.

Id genus aceti mane sorbeto, in victu quamuis licentiosior esto, omnia cibaria conficiet, & à nullo vnquam offensam patietur, neq; valde implebitur, sed in melius perficere videbitur: nihil in corpore superuacui residebit, non flatus, non stercus, non vrina; sed omnia facile excernit atque educit. Aluus lubrica omnino

est,

est, totiusque corporis purgatorium medicamentum, etiamsi in ossibus sordes inhæreant. 32

Testatur Pythagoras, quicunque aceto scyllitico vtatur, longæ vitæ futurũ, & eius extrema integra vsque ad finem permansura & ipse quidẽ Samius senex huiusmodi exstitit. Quantum enim temporis vixerit, num ignoras? De ipso traditum est, quod cum suis consanguineis hãc facultatem communicauerit, cumq; hoc medicamento vti incepit, quinquagesimum annum natus erat, & vsq; ad centesimũ decimumseptimum vitam produxit integer, & nulla vnquam aduersa valetudine tentatus. Hæc sane medicamenti author, disseruit, quod fortasse vir Philosophus erat, mentiri nescius.

Quercetanus Saccharum scylliticum artificiose concinnat, scyllam probe tritam per setaceum traiicere iubet, eius vncias quatuor iniicit in 8. vel 10. vncias Sacchari, in tãtillo eiusdẽ aceti dissoluti, & ad perfectionem cocti, recoquendo totum adhuc supra ignem agitando, & probe miscendo, cum spatula, donec amplius non adhæreat vasculi fundo. Ita facies saccharum scylliticum excellentissimum, cuius venenum per hanc vltimam coctionem, & sacchari admixtionem, penitus secernitur. Optimum est esurinum omnem tenacem in ventriculo agglomeratam materiam & dissoluit, & facultatem expultricem irritat, & appetitum excitat.

Esuri-

Esurinum corticis rad. iugulandis.

Cortex radicis iuglandis acerbitatem cum virtute dissoluendi, attenuandi, & abstergendi habet admixtam, qui contusus, maceratus aceto scyllitico, decoctus, expressus & percolatus, cum syr. ex multiplici infusione rosarum propinatus, aduersus febres longas merito pluribus præfertur, compescit enim febrilẽ motum omnem, aluumque detergit, vomitum etiam mouet satis laboriose, laxa viscera confirmat, & ardorem compescit. Ad idem centaurii minoris, rutę syluestris, carduibenedicti, fumariæ, cichorei succi, extracta, & lapides commẽdantur.

Esurinum minerale
Sanguinis Hydræ.

Magna est in hoc esurino conficiendo varietas, diuersisq; id appellationibus nuncupāt, nunc acidulā nūc acetosam mineralem, aliquando melancholiā artificialem, nonnunq̃ aurū potabile, oleum vitæ, sanguinem terræ, arcanum vitrioli, columbam volatilem auream. Quidam hoc destillant, cum lateribus tritis, per rectam cucurbitulam, cohobando operationem ad perfectionem eius necessariā. Quidam addunt vini alcool & panem ex furfure siligineo tosto. Alii cum sale ammoniaco & tartaro calcinato. Alii torent hydram cum sale petræ, eligunt globosam ex Vrbe in orbem euectam.

am. Aliquibus placet Veneris vitriolum. Nos
omissis, colcotorem perfundimus aceto de-
llato triplo, digerimus per nouendium, in-
es ter agitando, lente destillamus, si non satis
beat, refundimus, destillamus, pellendo tan-
m fortiter, quoad placeat color. Virtutes hu
non est, quod multum commendemus.
id enim vino vendibili opus est suspensa
dera?

Esurinum olei sulphuris acidi.

HOc oleum variis paratur modis. Quidam
ad partem vnam sulphuris triti, addunt
ram silicum in puluerem itidem redactorũ,
ic mixturam in retorta ad leuissimum ignẽ
ponunt, & oleum optimum eliciunt. Alii cũ
nicæ, per retortam in magnum recipiens bi-
spatio leuissimo igne destillant. Alii facile
dem, & cito cum vitrea campana parant. A-
aminas sulphure obductas ferreo filo affi-
, atque igne accensas in vitream cucurbitam
olam coniiciunt, ita tamen, ne fundum at-
gat sulphur, mox alembicum breui rostro
recipiens vas amplum aqua vitæ ad mediũ
num sit appensum super imponunt, vt fumi
umper in recipiente colligantur, partim in
do & lateribus cucurbitæ, tanquam sal, siue
adhærescant, idque toties repetunt, donec
iciens calcis quantitas fuerit collecta. Quo
o materiam in recipiente in cucurbitam
infun-

rubri præstantissimi colorem, cuius dosis est vnum atque alterum cochlear.

Vomitiuum mercuriale aureum.

MErcurium auri præcipita oleo colcothorino rubeo, quod fit sale vitrioli exasperatum, vel salis spiritu, hunc toties abstrahe, donec placeat color, edulcora aqua destillata, puluis siccatur supra candens ferrum, & quicquid fixum non erit, exhalat. Deinde abstrahe ab eodem vini spiritum rectificatum, idq; nouies accende, donec excandescat. Dosis Gr.iiii. Quod si vim vomitiuam tollere velis, relicta solum laxatiua, vini aceto per mensem circula, & in arena separa, postmodum lento igne exsicca.

Mercurius auri fit hoc modo. Aurum per mercuriũ vulgi in amalgama redactum, eleua per sublimationem à calce, eleuatum iterum tere, cum calce metallica, & sublima vt antea; hoc toties fac, donec calx Solis tandem super candela, vt cera, vel glacies liquescat, tunc probe factum est. Calx illa ponatur in digestione, ad suum tempus, & mutabitur totum in mercuriũ viuum, h. e. in primam suam materiam, quæ quidem mercurius metallorum, mercurius philosophorum appellatur, quem plurimi quæsiuerunt, sed pauci inuenerunt. Aliter.

Mercurius auri fit per mercuriũ digerendo ad len-

ad lentum ignem ne auolet, donec per corium ſimul tota maſſa exprimi poteſt, nec quicquam in corio remaneat, mercurius ille imponatur tabulæ paululũ inclinatæ, tunc mercurius vulgi primo recurret, relicta cauda, eam cape, præcipita, & vtere.

Vomitiuum antimoniale.

Vini ſpiritu rubedinem ex antimonii vino extrahe, ſpiritum B.M. ſepara, puluerem in fundo relictum, reuerbera. Doſis Gr. vi. ad ℈.s.

SECTIO IV.

De altera ſecundi morbi ſulphurei generis ſpecie.

EX digeſtione altera, quæ in hepate fit, perſæpe nitrum coaceruatur, vt in prima ventriculi digeſtione fracto alimento, mercurius dominium habet, ac ſe in maſſam colligit, ita in hepate nitrum, quod alias cum vrina expellitur, quod ſi id in eius concauo detineatur, ac identica digeſtione facta, per appoſitionem, cũ cæteris primis accreſcat, globus haud aliter, vt in ſtomacho generatur. Hinc ſæpius vna in domo, quicunque eundem cibum comederunt, eodem morbo corripiuntur: quoniam eodem nitro occupantur, non ſecus ac aere putrido, aut veneno alio, vniuerſi eodem in loco cõgregati inficiuntur, & apoſtemate feriuntur. Quid enim eſt nitrum quam fimus, & cadauer, rei comeſtibilis aut cibariæ?

Quoties igitur nitrum in hepatis cauitate, ſe in globum cum cæteris inuoluit qui ſi ad

matu-

maturitatem productus, à cœli motu feriatur, ignis haud aliter, quam è silice lapidis concussu elicitur, fuligines & scintillas in venas spargit, inde rigor, & non frigus, vt in morbo sulphureo stomachico. Nam fuligo ex nitro acrior est, & sanguinem, cum origo venarum sit in hepate, citius inquinat.

Quod vero non omni die, licet lunæ lumine, cœlique motu, quotidie feriatur, ille globus incandescat, causa est, quod materia huius globi non est apta ad recipiendum ardorem, quoniam nitrum dominium habet, quod flãmam tam cito non concipit, sed tempore digestionis ac maturationis indiget, vt exsiccetur, quod fit vnius diei interuallo, quo calore epatis maturatur, quod si tertio die iterum œli motu irritetur, accenditur, calidiores fugines in venas mittit, hinc paroxismus quotiano circuitu est vehementior. Citius tamen ec febris quotidiana terminatur, quoniam patis concauitas non est tam ampla, vt mamus globus in ea possit generari, hinc tertiana tem circuitibus absoluitur, vel mutatur in id genus, vel de nouo globus concrescit. Nigitur error committatur, vltra septimum uitum non extenditur, quoniam mercus succus per hepar transit, quod adustum n vesicam secum protrudit, ac per vrinam llit, vnde quot circulis globus constat, paroxismis ægrum molestat; angustia vero

H loci,

loci, operante digestione, vltra septem non admittit.

Hæc febris rigore, deinde magno calore, qui in sudorem finitur, ægrum affligit, & inappetentia, siti, oris amaritudine, dolore capitis, vigiliis, inquietudine molestat. Vrina ruffa rubra, vel tenuis, ac ignea est. pulsus initio accessionis rarus, h. e. naturali similis, tardus, debilis, paruus, postea celer, velox, frequens, & vt declinat accessio, omnia ad statum naturalem redeunt, semper durus, aliquantulum inæqualis.

Diuersitas curationis à diuersitate subiecti globum constituentis desumenda est, & pro eius partisque continentis differentia accommodanda etiam curatio. Vena nimirum aperienda, vel cucurbitulę cum scarificatione applicandæ sunt, vt fuligines in venis contentæ euocentur. Nitrum in hepate dissoluendum, quod fiet Arcano Tartari quod Penotus titulo de panacea vegetabili minerę maioris descripsit, qui ibidem consulendus. Solutum per diureticum expurgandum, quæ è radice fœniculi emigii, asari, apii, ebuli, pimpinellæ, ad legem artis spagyricæ concinnanda sunt, & iuxta communes Medicorum canones administrari debent.

Denique Diaphoretico noxa in venis contracta, per sudorem propellenda.

SECTIO

SECTIO V.

De vltima secundi morbi sulphurei generis specie.

VLtimam digestionis in iecore partem videlicet sulphur adustũ terrestre ac crassum excipit lien. Mobile enim ex hepate in cor ascẽdit, sal resolutum in vesicam protundit, id si nitrum secum trahat, nec per intestina se lien exoneret, simili vt in hepate & stomacho modo, in globum coaceruatur, hic quoties mouetur, vt attritu flammam concipiat, fit febris quartana. Quod autem hunc obseruet circuitum soliditas densitasue ac eius crassities, causa est, hinc non solum alterum, ac tertiũ, quin & quintum, sextum, septimum, persæpe ictum respuat, vnde & febrem octanam sextanam, quintanam, obseruarunt Arabes. Quod enim densum est, ac solidum, non tam facile flammam concipit, triduo igitur communiter primo globi circulo deuastato resistit, quo interiecto temporis spatio, extima superficies sulphur viscosum contrahit, & calore nitrum exsiccatur, hinc quarto insultu ardere incipit, & natura sua longe excurrit, aliquando ad biennium extenditur, periculi plena est, si socium habet duratum lienem.

Æstate inuadens autumnali breuior est. Rigor ineunte febre paruus, imo potius horror, qui tanta progressu temporis incrementa ducit, & à frigore quasi natus sentitur, lassitudo

quasi exossans. Appetitus aliquando prosternitur, aliquando augetur, paroxismo finito, æger ad pristina munia facile redit & cibum petit. Omnium febrium curatu difficilima, inde quidam asserere non verentur, in quartana nihil conferre Medicinam. Hinc natum prouerbiũ: Febris quartana Medicorũ scãdula prima.

At mirum non est, quod Misochymicis infeliciter successerit hæc curatio, cum medicinâ adeo crudam, vix bene contusam ingerât. Corpus enim ad agendum inutile, cuius virtus, prima digestione fracta, in altera abolita, sedem affectam attingere non potest, quin & ventriculus copia medicamenti onustus grauatur, vt latentem virtutẽ extrahere & distribuere haud valeat. Vehementiora purgantia vires eneruant, nec globum in liene frangũt, crethismus frustra inducitur, qui ante non erat, & nulla bona crisis spectanda, dum globus integer manet. Ab vsu refrigerantium & humectantium ipse Galen. ægros arcet, quod quæ refrigerant, & humectant, incrassent, & multas fæces habeant, fortiter attenuantia, aperientia & incidentia Heurnio sunt suspecta, tempus clysteribus, emollientibus potulẽtis lenientibus, phlebotomia, humectantibus & corroborantibus, inunctionibus, & balneis, protrahunt.

At Chymici eiusmodi præparata subministrant, quæ subito absque mora, ventriculum & hepar transeũt, à proprietate & conuenien-

tia

tia lienis associantur, globum lieni inhærentem dissoluunt, dissolutum consumunt, ac ad intestina propellunt, talia sunt, oleum è radice omnium metallorum elicitum, Acetum helleboratum, Absinthinus lapis.

Porro cum in principio accessionis molestus sit horror ac frigus, ea in lecto tegumentis, linteis calidis, extremitatibus circumuolutis, aqua calida in lagena pedibus amota, ac balsami inunctione auertuntur, demum sudor diaphoreticis in fine promouetur.

Oleum è radice omnium metallorum elicitum.

RAdix metallorum omniũ, supra porphyrium leuigata, retortæ indita, luto sapientiæ, vasto receptaculo agglutinato, forti igne vrgeatur, ter, vel quater, donec vltimo latera receptaculi, rubeo puluere aspergantur, cuius derasi rubedinem aceto philosophico extrahe, extractum per dies 10. digere euacuato per balneum aceto, ex residuo oleum destilla ac lento igne coagula. Huius pulueris grana tria in aqua carduibenedicti sumpta febrem tollit.

Liquor vngulæ caballinæ, cochleariæ, & bryoniæ.

PAuperibus è succo vngulæ caballinæ, cochleariæ, & bryoniæ, eliciatur liquor balneo, propinetur mane cyathus, diebus à febre serenis. Ante paroxismũ aquæ vitæ Garyophyllaceæ drachmas duas, vel decem guttulas Iuniperini stillatitii porrigat.

Absinthinus lapis.

ABsinthium succum proprio menstruo digere, per octiduum, destilla per serpentes, exibit spiritus, oleum & aqua, hæc segrega, cum aqua è fæcibus in cinerem combustis salē cum spiritu nouum colorem extrahe, extracta cum oleo clarificato ad iustum pondus coniunge & coagula. Dosis Gr. x.

Acetum helleboratum.

GEsnerus summopere commendat acetum helleboratum stillatitium. Nam inquit vomitorium non est, sed tantum aperit, &c. Aceti circiter duæ libræ, si destillentur, cū duabus vel tribus vnciis ellebori albi contriti, vasis positis in cinere, & seorsim aqua colligatur prima, quæ albidior erit, & deinde secunda. Prima vtilis erit ad aperiendum omnes obstructiones viscerū, dari potest ℥i. vel plus, vel cum sacchato, vel syrupo aliquo sumitur, sine aliqua molestia & noxa, secunda aqua plus virium aceti, quam ellebori habet, penetrationē promouet, & cum aliis conuenientibus propinatur.

SECTIO VI.

De hectica vltimo morbi sulphurei genere.

VLtimum morbi sulphurei genus, in principio leui quidem incendio, corpus totum, in squalorem pedetētim abripit, progressu tamen temporis, infestum inuehit ardorem, qui

qui omnes emaciat corporis partes, medullas exſiccat, hirundinis inſtar, ſanguinem exhaurit, oſſa abſumit, vt macie, pallore, ſqualore, & habitu corporis prorſus deformi & horrido σκέλετον potius, mortiſque imaginem, quã hominem referat æger.

Hæc igit' rabies quoties cœli ictu ſe populabunda partibus inſerit ſolidis, decrepitã duntaxat ſuperuenit ætatem. Hinc quidam febrem aliam Iuuenilem, aliam ſenilem dixerunt; At ſi oculos mentis ad Planetarum virtutes dirigerent, viderent vtique ſingulis ætatibus vnum planetam ob peculiarem influxum, vt annotauit Proclus, præeſſe. Infantiæ Lunam, pueritiæ Mercurium, adoleſcentiæ Venerem, iuuentuti Solem, virili ætati Martem, ſenili Iouem, decrepitæ Saturnum, quorum benignus afflatus ſuæ cuiuſque ætatis ſanitatem tuetur, auerſus certam quandam febris ſpeciem imprimit. Vnde febrium ſpecies planetarum numero adæquate reſpondent.

Luna primam illam infantiæ teneritudinẽ, blando quodã officio permulcet, auerſa Ephemeram, morbillos & variolas prolectat. Mercurius pueritiã ad luſiones, ſermonẽ & diſciplinas afflatu ſuo promouet, ſæpe tamen ſuo curſu ſtomachicę febris globum cõplicat. Venus adoleſcentiam accẽdit; occipite hepatis calorẽ ſuſque deq; fert. Sol iuuentuti vigorẽ addit, haud raro ſympathia microcoſmici ſolis ſulphur

mobile incendit. Mars virili ætati animositatem adfert, pugnandique studium excitat, ac igneo gladio, persæpe sulphur excrementitium ad nares percutit. Iupiter senectuti grauitatem, auerso circuitu ardorem spleniticum fouet. Senex ille Saturnus decrepitæ ætati fragilitatem minatus, sulphur partium solidarum sua voracitate deglutit, faciem hippocraticam effingit, hypochondria ad thoracem retrahit, ita vt venter intestinis spoliatus videatur, concauum circa oculos cudit, pilos falso adauget, quoniam prominent exhausta carne, acutam format vocem, quod attritis tum viribus fortiter spirabiles partes iam collapsæ aerem expectorare nequeant. Cor ipsum arefacit instar marcidæ arboris, ac denique vitam sua falce abscindit.

Quamuis non immerito in admirationem quemuis rapiat qui fieri possit, vt solidæ partes flammam concipiant, antequam sulphur in iis contentum, tam mobile & salutare, quam excrementitium incandescat? quin & ipso ardente, alterum incolume seruetur? cum partium solidarum sulphur ob admixtionem primorū corporum ad ardorem concipiendum minus sit dispositum, & natura membri causa coadiutrix à causis calidis occurrentibus id tueatur? Mirum tamen hoc naturam passi & agētis perscrutanti minime videbitur. Agens enim non agit in quodcunque contingens, sed in patiens sibi dispositum, vnde quod nimis durum & compa-

compactum, vt ossa, non æque incendit, contra nimis subtile ac cessibile, vt sulphur mobile, cedit, antequam incalescat.

Agens enim forte non agit in rem sibi cedentem, sed solum in resistentem, ideo nullum ius Saturnus in sulphur mobile ac excrementitium habet, quoniam id natura sua fluxile est. Quam ob causam Saturni voracitas fulguri cõparatur, sicut enim πανόγλεπτα aurum, argentum & æs, liquat, sacculis nullo modo combustis, hominem interimit nulla apparente plaga, plumbum ad fenestras liquat, intacto vitro, cra neum comburit, non adustis capillis, in clausa & obserata cista pecunias fundit, ligno non adusto, ita etiam adueniente senectute, iniquus ille Saturnus, suo squalore, solidas colliquat partes, sulphure mobili & excrementitio illæso. Partium namque sulphur dum ardet, coniunctus ei mercurialis liquor resoluitur, contentum in venis, arteriis cæterisque corporis partibus sulphur irrorat, & suo madore tuetur, vt non tam cito accendatur. Quod si & ipsum ardere contingat, finis hecticæ, mors in propatulo est. Dum enim sulphur partium solidarũ flagret, primo adipem liquescit, cuius absumptio hecticę febris primam speciem constituit, eiusque initium. Deinde ipsæ carnis fibræ ab ardore colliquuntur, necdum perfecte cõsumptæ sunt, marasmodes dicitur, si vero iam sint consumptæ in exustum elychnium, dicitur

μαρασμός, latinis tabes, & hæc consumptio est terminus ad quem hectica spectat, si sulphur mobile denique accendatur, certissima mors est.

Morosus ille Saturnus, nulli seni parcit, ad quamcunque cœli plagã confugiat, hinc quamuis cœli, solisq; fauore, in ea Indiæ parte, quam Onor vocant, indigenas longæuos & integra valetudine esse perhibent, ita vt alii ad vigesimum supra centesimum annum, cruda viridique senecta, perueniant; alii etiam multo diutius viuant, tandẽ tamen nec hos sua falce præterit, ideo hæc febris incurabilis est, cum semel mori statutum sit. Ne tamen omni solatio senes destituantur, ad διαιτητικὴν eos relegamus, vt ad leges infantium, cibis humidis nutriantur, & lactentur, donec placide suum obeant diem.

CAPVT V.

De morbi sulphurei, ex ente Pagoyco, natura, causis, differentiis, signis, præsagiis & curatione.

SECTIO I.

Quomodo morbus sulphureus ex inuidia procreetur?

CVm animi affectus solius imaginationis vertiginoso imperio regantur, distrahantur,

tur, ac moueantur, nihilque aliud sint, quam motus quidam præcipites, & efferi, feruidum, arrincum turbulentum ac inquietum, & à recta rationis via, ac terminis euagantem agitantes, prout maior philosophorum numerus arbitratur, dubium non est, quin omnes ratione suæ subtilitatis ac leuitatis sulphur nostrum mobile, aereum, spirituale, permeare, afficere, variis iisque stupendis motibus ciere, ac denique incendere valeant. Inuidia, timor, ira, venus, præ cæteris hoc malum excudunt.

Inuidia namque sola imaginationis improbitate nata, furiosos prorsus insultus, in corpore excitat, infimas cordis partes sensim ac assidue internis ac cæcis ignibus exurit, simul sui fit carnifex, omnem succum instar sanguisugæ exhaurit, carnem depopulatur, adipē colliquat, ossa absumit, vt funesto corporis habitu appareat, & hecticæ febris incendio perpetuo crucietur.

Hoc portento Pythissa prægnans haud raro venefica incantatione in alios exasperare solet malum, quod diplas illa Ouidiana hoc disticho testatur:

Deuouet absentes, simulacraq; cerea fingit,
Et miserum tenues in iecur vrget acus.

Hæc dum scelesto ac impio imaginationis abusu peragit, mox animi ac corporis inquietudine agitatur, quem ferire incantatione præsumit,

mit, omni quiete spoliatur, prostratum habet edendi bibendique appetitum, pallescit, emaciatur, contabescit, punctiones in hepate sentit, ac præ deliquiis ac viriū prostratione, quasi morbi alicuius grauitate oppressus, perpetuo decumbere cogitur, iecur aduritur, caput ardet, cor palpitat, Medicus accersitus non aliter, quam febre correptum iudicabit, & quamuis optima quæque administret medicamina, omnis eius labor frustra impenditur, & nisi maleficium soluatur, omnis eius actus irritus est. Per simile autem instituerunt gentes curationem, formarunt imaginem effascinato similē, quam postea suis idolis immolabant, vel igne comburebant. Hinc natum prouerbium: Tu quoque fac simile, sic ars illuditur arte. Hoc pacto Diabolico astu, haud raro effascinati, liberati sunt. Verum hæc præsidia Christianis prorsus detestanda sunt, aliaque æquiora eiusmodi malis, citra Maiestatis diuinæ offendiculum peruestiganda, eaque cum animi, cuius curam gerunt Theologi, sint pathemata, ab iisdem petenda, & in vsum accommodanda sunt.

SECTIO II.

An morbus sulphureus ira inflammetur.

IRa furibunda sua agitatione, continuisque fluctibus totum concutit corpus; Ob id sanguis incalescit ac conturbatur, qua mobile in venis ac arteriis sulphur inflammatur, vtpote

quod

quod reliquis citius incenditur, Ephemeram, ſynochon, ac cauſum parit, omneſque aliæ inflammationes internæ, eius impulſu, excitantur, vnde varia procreantur mala, quæ vt plurimum ad mortem vſque ægros ſuos deducunt.

Infelix Neruæ Imperatoris exitus hoc atteſtatur, cum Ælium Traianum in filium adoptaſſet, & in quendam nomine Regulum excandeſceret, tantum pectoris ardorem ſuſtinuit, vt confeſtim febre exitiali deploratáque correptus ſit.

Eiuſmodi exempla, ſi furibundi illi Aiaces intuerentur, vtique à tam infelici exitu, & incendio ſibi metuerent, atque cauerent. Doctiſſimus Quercetanus in huius affectionis præcautionem ac curationẽ duo præſentiſſima ac opportuniſſima adfert remedia. Continentiã & patientiam. Quæ ſi ad imitationem Socratis, Platonis, Agrippę, Dionyſii, Antigoni, Philippi Macedonum Regis, Periclis, Artaxerxis, Piſiſtrati, aliorumue præclariſſimorum virorum, in cordis linguæ manuumque hortis mature tranſplantentur, colantur, foueantur, & ſedulo educentur, vtique mãſuetudini ac moderationi aſſueſcemus, vt omnes iræ impetus ferociores ex animo deteſtemur.

SECTIO III.

An ex amore morbus ſulphureus ſuppullulaſcat?

AMatoria Venus omnium animi perturbationum radix, & baſis eſt, quod vnus Æſo-

pus in quadam suarum fabularum insinuare voluit. Omnes inquiens animi affectiones ac perturbationes ad effingendum formandumque amorem, iram nempe metum, tristitiã, gaudium, mansuetudinem, acerbitatem, æmulationem, diffidentiam ac demum reliquas omnes, inter quas vnus pudor, & verecundia desiderantur, concurrere. Hæc venus, si oculis cerni posset, maxime humano generi esset formidabilis.

Quanta mala hæc inferat, plurimorũ virorum exempla, qui licet fortitudine præstantes essent, hoc icti veneno, & rationem, & virilitatem amiserunt, & prorsus enerues & emasculati facti sunt, vt sæpe etiam sese præcipites agerent, & crudelem vitæ suæ lanienam exercerent, satis abunde, & hoc quidem seculo testantur. Huius generis monstra fuerunt, Phillis, Iphis, Sappho, Hæmon, Biblis, Calluce, Phædra, Timagoras, Zidica, quibus mors à se ipsis allata, quod insultus tãtæ perturbationis ferre non possent. Non adeo obsoletum est, qui Lucretia ob discessum Euryali exitiali febre concidit. Nonne Hercules monstrorum ille domitor omnisque fortitudinis speculum amatorio Omphales veneficio infelix succubuit? Nonne amatoria illa cupido robustissimum Sampsonem emasculauit, & tãquam pecudem citra vim & repugnantiam in manus hostium tradidit? At iis omissis, videamus quomodo

hæc

hæc cupido febrem accersat, quibus signis dignoscatur, ac quibus mediis curetur. 339

Illustre exemplum tum dignotionis tum curationis Hippocrates de Perdicca Macedonum Rege commemorat. Hic sua experientia scientia, ac industria, ex languido pulsu Perdiccæ ad aspectum cuiusdam Philæ patris concubinæ sese prodente, quam amore occulto deperibat Perdiccas, cuius tamen cum non auderet flammam aut indicium aperire, radicem morbi, quo sensim indies conficiebatur, agnouit, agnitæque pari industria curationem adhibuit Hippocrates; Si quidem Philæ affectus causam explicauit, monuitque vt Regem seruaret, suauibus Perdiccæ oculis & familiaribus colloquiis adblandiretur, & animum illius recrearet, quo factum est, vt pristinæ mox valetudini restitutus fuerit.

Non minori prudentia ac ingenii sagacitate Erasistratus Antiochi latens amoris incēdium in patris coniugem deprehendit. Patri Seleuco, mœrore prostrato, de solo vnici filii obitu cogitanti, exposuit, qui charissimam sibi coniugem, filio cedere non dubitauit. At Ethnici hi, turpissimo morbo, turpissimum quoque remedium, scortationem & incestum, medicamenti loco præscripserunt, quæ prorsus à Christianorum animis exulare debent.

Rectius Crates Thebanus proiecto in mare non paruo auri pondere: Abite, inquit, pessum malæ

malæ cupiditates. Ego vos mergã, ne ipse mergar à vobis, intelligens, diuitias non minimum suppeditare amoris irritamentum. Ideo Thebanus amantibus tria remedia imperabat, vt potissima & suprema in huius mali curationē. Famem scil. tempus & laqueum. Nam cum luxus, qui diuitiis paratur, sit præcipuum amoris alimentum, huic medetur fames, & abstinentia, qualis à Lycurgo arcta & laudabilis Lacedæmoniis instituta est, quam sobrietatis Gymnasium vulgo vocabant. Hanc abstinentiam quidam Religiosus adeo adamauit vt indies diceret, Panis & aqua est vita beata. Tali Hypocrisi summum dignitatis fastigium quod affectabat, cōsequutus, mox suum symbolum immutabat, dicendo, Aqua & panis est vita canis, Qui debitas tandem dementiæ suæ dubio procul pœnas dedit.

Præterea tempus omnia tollens, aut certe mitigans amantem leuat, suadente Ouidio:

Vade per vrbana splendida castra Troyæ,
Viridas inuenies & rerum mille decores.

Quæ si nihil prodessent, Ethnici illius damnãda sententia supererat laqueus, vt morbus extremo remedio finiretur. Quod sane suppliciũ Iurisconsultorum sententia exacerbari & constitui deberet in eos, quicunque poculis & philtris in amore potiundo scelerate vtũtur, quod scelus non minus hoc nostro seculo, quam olim apud gentes patratur. Et quamuis multi

vi=

viri docti, hoc non fieri posse arbitrantur, attamen frequentior vinciendæ ligæ siue ligandorum ac eneruandorum genitalium abusus, certis quibusdam incantatoriis carminibus insusurratis satis superque horum scelerum fidem adstruit. Hoc genus incantamenti attigit Virgilius dum cecinit:

Necte tribus nodis trinos Amarylli colores,
Necte Amarylli modo, & Veneris dic vincula necto.

Alberti ætate, in quorum nomine virgam lupi ligabant, non coibant. Subsequenti seculo acum qua syndonem ad sepeliendum mortuū consuerit infixum lecto, imaginabātur, virum reddere veneris impotentem. Vitari ista maleficia scribit Nicolaus Florentinus, si vir mingat per coniugalem annulum, quem sacerdos in coniugis vtriusque digitum immisit. At hæc iam obsoleta nec quidquam iuuat, forsan quod cognita & vulgata; Magia autem omnia sua opera clam peragat. Nostro hoc seculo, dum matrimonium contrahitur claustrum quibusdam verbis incantatoriis prolatis claudunt, quo clauso, redditur impotens, reserato mox restituitur. Huic succurritur, si vrina in vitro obserato in cista ponatur, eiusque clauis foramine versus cœlum posito in cistæ angulo abscondatur, eiusque cistæ clauis custodiatur, incantatrix mingere non potest, donec maleficium soluat. Paracelsus contra hoc nefandum præstigium ex solea ferrea equi in via inuenta fe-

ream furculam tricuſpidem die Saturni ipſa Saturni hora fabricari & in fluentum, ita vt nulla parte manubriũ emineat, ne facile inueniatur, defigi iubet. Nec minoris energiæ characteres hoſce eſſe AVGALIRTOR autumat, ſi in pergamenum virgineum deſcribantur, peni circũligentur, comburentur, cineresque in calido vini hauſtu ſorbeantur.

Nos omne auxilium & robur ab eo qui hæc fieri præſtigia propter delicta noſtra permittit, ſperare ſuademus. EIVS nomen cordi, non pergameno inſcriptum, præſtantiſſimum, contra eiuſmodi Diabolica phantaſmata ſuppetit ἀλεξιφάρμακον.

SECTIO IV.

An timor ſulphurea cieat tonitrua?

TImor quoque quoſdam perpetuo laceſſit, ac omni quiete non tantum formiduloſos priuat, ſed vſque adeo perterret, vt iis mentem & rationem eripiat, ſenſus omnes implicet, & confundat, cor incendat, tantoq; ipſum conſtringat frigore, vt omnes febriles horrores & rigores facile ſuperet. Huiuſmodi timor ac pauor non tantum accidit ex conſpectu aut recordatione eorum, qui nobis infeſti ſunt, quos ob iniurias ipſis illatas vltionem meditari ſuſpicamur, Verũ ſæpius ex ſola imaginatione promanat. Hinc euenit frequenter, vt etſi cornu copia rerum nobis affluat, integraq; valetudine frua-

ne fruamur, inopiam tamen rerum & sanitatis iacturam temere reformidemus. Hæc tanta virtute pollet, vt subito dum mentem peruadit, frigore corpus concutiat, cor incendat, pulsum frequentiorem cieat, vrinam rubore tingat, vt vigiliis, ac animi anxietate aliisq; febrium accidentibus contorqueatur. Ad horum curam si accersantur Medici, morbũ febrem naturalem esse iudicabunt, ob id hæc vel illa remedia præscribent, sanguinis missionem imperabunt, benignam aliquam purgationem, aut vehementiorem præcipient, cõdita, cordiaca, ac obstructiones reserantia, nec non optimam viuendi rationem indicent. Sed frustra hæc omnia, cum spiritualis morbus corporeis auxiliis non iuuetur. Hoc morborum genus, anus vel præstigiator è Pharmaceutria Theocriti & Virgilii curant, vel tali carmine:

Vincula ter necto, salicum ter vimina flecto
Febris vt octona ter sacro carmine nona
Noxa lues cedat, nec corpus frigore lædat.

Alii vt recuperandæ sanitatis spe ægros mulcent vngues & capillos abscissos petunt, eos in limum & ceram imprimunt, & ad arborem suspendunt hæc verbis,

Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit
Vno eodemque rogo sic febrem carmine cogo
Torpeat instricti per vincula torta saluti.

Alii maiori temeritate progredientes, per animalia febrem coniurare præsumunt, vt

Iuro lupi bronchos, crepitantes iuroque ronchos
Ciconiæ, vilem quoque turturis bilem
Amoueas tortam præsenti à corpore Nortam
Febris, atque mergaris in alto gurgite maris.

Hoc medicamenti genere nobilis quidam Gallus, strenuus miles, in obsidione ciuitatis Fontani in Pictauia cuius suburbium Loges, Dux iam iam occupauerat, vsus euasit sanus. Quod ita euenisse fertur. Princeps quidam ciuitatis amantissimus defensor, ab obsidione hostis eandem liberaturus, & commeatu necessariisque rebus adiuturus, cum appropinquaret, Dux alter subitaneo Principis aduentu perterritus, quod incoluerat domicilium derasa sibi iam media barba fugitiuus dereliquit, & alio se propere contulit. Princeps hospitium idem fortuito ingressus, capillosque humi dissitos conspiciens, cuiusnam essent, à nobili; ibidem propter febrim relicto, quæsiuit, certiorque ea de re factus, clam colligi, noduloque byssino insutos, de febricitantis collo, amuleti loco, suspẽdi, atq; sequẽs tetrastichon adiũgi præcepit:

Feure quarte ie te coniure
Par la barbe de Mercure,
Que tu ayes ie corps deloger
Aussi tost, que luy fit de loges
Iuro febrem quatriduanam
Te, per barbam Cyllenianam,
Vt ab hoc corpore repẽdes
Ceu, me bellante, Dux de Lóges.

Con-

Conualescens itaque qua laborabat febre nobilis, Ducem suum sequutus, eum vna cum Gynecæo, cœnantem reperit, inexpectatus sanitatem recuperatam Duci cõmemorat, Condæique liberalitatem, quod citra exactionem pecuniarum imperatam demisisset, medendi insuper eius studium magnopere collaudat, nodulumque cuius efficacia sanitati se redditum arbitrabatur, in quo quid reconditum erat, inscius ipsemet, videndum omnibus exhibet, quem Dux τὸ περιάμματος experiundi cupidus reclusit, propriosque capillos erubescẽs reperit. Non igitur antiquandum erit illud adagium, la feubre quartana, non fa sonar la campana.

Ad hunc modum veteres quoque ægris omnis generis remedia in morbo pertinaci inquirentibus, amuleta ex vermiculis in capitibus Dipsaci, seu labri veneris deprehensis, calamo scriptorio inclusis, concinnabant, ac appendebant, Authore Dioscoride, quo non vulgares hoc sæculo Medici vtuntur, certe non aliam ob causam, quam vt ægrum certa quadam fiducia confirmarent, qua omnem timorem procul discuterent. Quantum vero roboris eiusmodi habeant medicamenta, tractatu nostro de morbo mercuriali contagioso c. 5. diximus.

CAPVT VI.

Quanam ratione morbus sulphureus ex ente veneni nascatur.

SECTIO I.

Nullum alimentum purum reperiri.

CORpora nostra alimento, cuius beneficio vigeant, ac nutriantur, egere, notum est, quo deficiente, vita exulat, oportet. Alimentũ vero coniunctum habet venenum, quod Archæus noster separat, & ad sanitatem corporis, cum non faciat, in peculiaria deponit organa, ac extra se tanquam inutile deiicit, hoc pacto mercurium resolutum per poros cutis substantialiter transsudat, sulphur candidum per nares excernit; per aures arsenicum, per palatũ sulphur resolutum; per vesicam salis resolutionẽ, per anum putrefactum sulphur eiicit. Hæc si debito modo ac tempore excernantur, vegetus ac sanus permanet homo, sin minus naturalis oritur morbus. Et quamuis ex veneno non nisi venenosus morbus procreetur, dicitur tamen is naturalis, quatenus ex alimento assumpto ortum habet. Quomodo autem febres, potissimum intermittentes, ex eius coagulo fiant, sequenti cap. dicemus, nunc de puro veneno quatenus alimento opponitur, ac corpora nostra succendit paucis agam.

SECTIO II.

Quid sit alimentum, quid venenum, & quotuplex?

CVm corpus nihil aliud sit, quam sulphur mercurius & sal, ac iuxta sententiã philosophi iisdem quibus cõstamus, nutriamur, necesse est alimentum quoque sulphur mercurium & salẽ esse. Quomodo autem hæc salubria sint, vt in alimentum abeant, & eadem quoque venenosam acquirant naturam, scitu dignum est, quod ita declaramus.

Alimentum debet esse tum simile rei viuenti, quam nutrit, tum dissimile. Nobis igitur alimento erit sulphur purificatum in sua essentia liquidum, odoriferum, candidum, nec coagulatum nec congelatum, nec exustum, calorem à sole participans, ideo agens omnium virtutum rector, ignis, balsamus, aer, calor cœlestis, calidum innatum, nuncupatur, tale in omnibus vnctuosis comestibilibus reperitur, arteq; spagyrica è sandalo albo, lauro, buxo, iunipero &c. ad vitã longã, extrahitur, sulphur quando nobis alimento, est liquor, omnis alterius affectionis expers, omnem cremorem ac dulcedinem continens, nec præcipitatus, nec sublimatus, ideo aqua perennis, lac Virginis, azoth, humor vitæ, humidum innatum, congenitum, primigenium cœleste, &c. vocatur, tale cum simplici aqua è frumentariis elicitur. Eiusmodi est cremor hordei, quem Ptisanam vocitant, febres ardentes

extinguit cereuisia è tritico cocta, quam incolæ ciuitatis Ascaniensis vernacula lingua Gose vocant, corpora reddit obesa, à podagra chiragra, arthrite immunia ac libera, citius febribus obnoxia, eadem ad staturam proceram ac perfectam promouet. Quare incolæ sunt benigni, affabiles, venusti, ingenio sagaces, longæui, cæterisque corporis dotibus eximii.

Sal in nobis sulphur & mercuriũ vnit, coniungit, ac retinet, ne effluant ac diffluant, & in sua natura, non est acris, nec vrens, quia nõ calcinatus, neque reuerberatus, sed nexus est, seu vinculum naturæ, ideo carcer dicitur, quod mercurius & sulphur in eo occludantur, & quasi captiui detineantur, item catena aurea, eo quod prædicta connectat ac ornet. Tale in carne ceruina, leporina, bouina &c. quęrendũ, omneque auium genus id nobis subministrat. Hoc pacto corpora prima constituta nobis alimenta sunt, ab hac vero temperatura, vt in multis mixtis euenit, si deflectant, alimenta nõ sunt, sed inimica. Si autem ita coniuncta sint, vt sulphur in mercurio ignea facultate gliscat, agatque vitam per mercurium & sal hæc retineat, terminet ac claudat, si rerum naturalium vitam accommodata qualitate & quantitate sibi mutuo respondentibus, contineri palam est in sulphure, quia id est omnium vitalium opifex, in mercurio quia pabulum est sulphuris. Oportet autem hunc mercuriũ pinguem esse,

& vi-

& viscosum, non tenuem, nec destillatum, quia pinguis bene cohæret, & diutius sulphur fouet, tenuis facile dissipatur & resoluitur, atq; hinc est, quod aquatilia licet mercurij copia, præ aliis animantibus abundent, breuioris tamen vitæ sunt, quam terrestria & volatilia, videlicet quia illa mercurio aqueo loto, & tenui, hæc viscoso affluunt. Hinc etiam est, vt inter plantas oleaticæ, & quæ resinam fundunt, quia mercureo sulphureo abundant, viuaciores sunt, breuis autem æui cerasus & malus persica, aliæque id genus arbores.

Oportet etiam sulphur & mercuriũ proportione quadam sibi attemperari: Quia si sulphur nimium excedat, confestim depopulabitur, ac resoluet mercurium, si item mercurius magno excessu vincat, sulphur suffocabit, vt in lucerna videmus. Porro cum sulphur ignea acrimonia mercurium continenter ad interitum rapiat, contemperationem illam, sine qua vita cõstare nequit, nisi aliunde prouideatur, dissoluturum. Cum præterea circumfluus aer, aliæq; externæ causæ in viuentium corpora sæuiant, ac prædictum mercuriũ frequenter exsiccent, orta hinc est viuentibus necessitas alimẽti, quo mercurii iacturam, fluxumque primorum corporum resarciant, quod quia per nutritionem fit, patet necessum esse omne viuens nutriri. At vero sic viuẽs nutritione eget, vt nutritio proprie accepta, soli viuenti cõueniat, quia nutri-

tio est propria sulphur mercurius & sal cõuersio in substantiam rei viuentis mutua actione effecta. Quare neque ignis neque lapides aliaue eiusmodi, quæ appositione augescunt, proprie, sed translatitie nutriri dicuntur.

Porro in omni re continente, atque diuidua, & plus & minus, & æquale aliquid sumere licet, quod Græci ἴσον appellant, sed quicquid æquale est, medium quoque videtur esse inter excessum & defectum. Medium autem rei æqualiter ab vtroque abest extremo, semper idẽ nunquã aliud, quod exemplo numerorum ita declarari potest.

Ponantur tres numeri 2. 6. 10. inter hos sunt duo extremi 2. & 10. vnus medius senarius scilicet, Medius autem exquisite proportione arithmetica, quoniam æqualiter superat alterum extremum binarium scilicet, ab altero superatur, nimirum à denario. Excessus enim vtrobique fit per quatuor, licet excedendi ratio, quam proportionem vocant, & analogiam, sit diuersa: inter senarium quidem & binarium tripla, inter senarium vero & denarium alia, si æqualitatem igitur excessus spectes, senarius inter binarium & denarium medius erit. At quod medium erit, id confessione omnium optimum & conuenientissimum esse iudicatur, vti è contra excessus atque defectus, cum à medio deficiant, pro malis ac imperfectis habentur.

Tria

Tria igitur prima corpora scilicet sulphur mercurius & sal quam diu medium seruant, optima ac conuenientissima nobisque alimenta sunt, si autem ad defectum, vel excessum vergant pessima. mercurii excessus est eius sublimatio, defectus præcipitatio, sulphuris excessus est eius cōgelatio, defectus coagulatio, salis excessus est eius reuerberatio, defectus calcinatio. Hæc quo magis à medio ad extremum vergunt, eo sunt acutiora venena, quo proximus medium attingunt, minus venena sunt. Cum vero maxima inter vtrumque extremum distantia expansa sit, gradus & puncta quę in sale mercurio & sulphure pręcellunt, ad certos classes referenda sunt, de quibus in Botonomacia nostra cap. 25. Vt autem intelligamus quodnā veneni genus, morbum sulphureum producat, veneni vim eiusque operationem contemplemur, oportet. Omne namque venenum vel sulphur nostrum accendit, vel cōgelat, qui autē hoc fiat, nunc dicemus.

SECTIO III.

Quomodo venenum morbum succendat sulphureum.

OMnis salis ac mercurii excessus, ac defectus, per se natura sua microcosmicum nostrum sulphur incendere potens est, in quibus enim mixtis excessus salis vel mercurii vel defectus eorundem vigent, ea solum sunt, quæ

corpo-

corpora nostra feriunt, pungunt, irritant, corrodunt, inflammant, exurunt, Excessus enim sulphuris febrim nullam gignit, sed solum extremo sopore sulphur nostrū mobile constringit, congelat ac inexpugnabilem somnū inducit. Eiusmodi excessus inest opio, hyosciamo, solano, cicutæ, Mandragoræ & similibus multis aliis.

Contra salis ac mercurii excessus, vel defectus, membra interna calore inflammāt, sitim inexstinguibilem cient, oculos accendunt, inquietudine continua affligunt, omnes corporis partes exurunt. Huius ordinis sunt Aconitum, Napellus, Taxus, Colchicon, Radix Chamæleonis, scylla, flammula, staphisagria, anacardia, cantharides, vrticæ semen, puluis salamandræ, Bufonis, calx sandaracha, auripigmentum, cerusa, gypsum, spuma argenti, & id genus alia.

Hæc assumpta læsione sua forti quā in corde faciunt, motu repentino ac superfluo, sulphur nostrum mobile, huc & illuc impellunt, donec incalescat, & accendatur, vnde protinus oritur Ephemera, vel causus, non raro partium quoque solidarum sulphur accendit, vnde hectica, nonnunquam vero intermittentem, citius tamen sulphur nostrum mobile, vel excrementitium, vel partium accendit, quam quod in globum coaguletur, Nihilominus sanguis taurinus in ventriculo concretus, similiter & lac

coagu-

coagulatum intermittentem faciet, cuius curatio cum eate naturali eadem est.

SECTIO IV.

Quæ signa venenum imbibitum prodant.

COgnoscimus deglutiisse venenum, quem repentina sine alia causa manifesta inuadit virium prostratio, animi frequens ex magna cordis angustia defectus, cui facies pallescit, lingua & labia nigrescunt, extrema corporis præsertim vngues plũbeo colore liuescunt, vox fit rauca, vertigo, toruus aspectus, frigidus circa cutim & tempora sudor, apparent. Corpus totum præcipue venter intumescit, si vomere ægrum contingat, sæpe colore, substãtia, odore veneni species proditur. Hæc signa. Sequitur curatio:

SECTIO V.

Quibus Antidotis huic morbo sulphureo subueniatur?

ASsumptum venenum, si hæret adhuc in prima corporis regione per os, vel per aluum, est reiiciendum, vomitoriis, medicamentis purgantibus, clysteribus, vel balanis, simulque vt hebetetur veneni vis accensiua laborãdum est.

Ad vomitum concitandum commendarũt oleum simplex, violaceum, vel lini rancidum, amygdalinum, butyrum, adipem anserinum,

pinguia

pinguia carnium, vel piscium iura, quæ si subito rursus euomant, admitti possunt. At quoniam dubium, ac incertum est, num æger ea rursum euomere possit, verendum est, ne malū augeant; cito enim hæc flammam concipiunt, vnde morbo nutrimentum præbent.

Tutius igitur erit vomitum decocto maluę, sem. altheæ, psyllii, fœnigræci, rad. asari promouere. Sin vomitus concitari non potest, ad purgantia videlicet Solis mercurium, Magnesiæ saturninæ crocum, sanguinem tithymallorum veniendum, & vtrique tam vomitoriis, quam purgantibus subiungi Clysteres, ne quid in intestinis remaneat, detergentes, attrahentes, ac lenientes, quales sunt, ex malua, beta, althea, parietaria, mercuriali, & similibus oportet.

His addi debent, quæ erodentium vim obtundunt, cum lentore vt mucilagines, sem. papaueris, maluæ, altheæ cidoniorum, lactucæ, portulacæ, lac oryzæ & id genus alia. Denique alexipharmacis tempestatem ciere, pluuiam in microcosmo concitare, quo ardor restinguitur non incommodum est. Reliquiæ intus latentes ad corporis ambitum balneis, frictionibus, cucurbitulis, vesicatoriis, cauteriis, aliisque modis trahendæ & expugnandæ sunt. Diæta cum aliis febribus communis obseruanda est.

CAP.

CAPVT VII.

De morbi sulphurei natura, causis, differentiis, signis, prognosi & curatione, ex ente natura i procreatis.

SECTIO I.

De synocho prima primi generis morbi sulphurei specie, ex ente natura progenata.

EX ente naturali prima morbi sulphurei species, nempe synochus generatur, quoties sanguinis vbertas, venas & arterias coarctat, vt transpiratio intercipiatur, qua suppressa, sulphur in venis sanguini consociatum, à fuligine æstum concipit. Retinentur fuligines, ob cutis densitatem, hæc constipatur, ob frigus externum, ob cutis sordes, ob balnea astringentia, vel obstruentia, & ob medicaméta. Non euentatur sanguis ob nimiam copiam, nec non crassitiem, aut ob carnis & pinguedinis fertilitatem. His de causis fumidorum calidorum retentione sulphur in venis accenditur, quo accenso synochus febris generata est.

Huic sulphureo morbo maxime obnoxii sunt, tẽperati homines, iuuenes succi pleni, intemperanter viuentes, & hi quibus solemni aliqua euacuatio suppressa est, vt mensium

Ve-

vel hemorrhoidum, raro vero his qui sunt corpore calido & sicco, vel habitu raro euenit. Pulsus adest fortis, vehemens, celer, frequens, sed æqualis, vrina fere naturali similis, nec fœtet, quoniam sulphur excrementitium nullum incensum est, neque fibrarum sulphur liquescit, ideo furfuracea non habet, sed solum mobile in venis contentum, ideo vrina à naturali statu parum recedit. Venæ copia distentæ turgent, facies inflammatur, tempora pulsant, caput ingrauescit cum dolore, calor ad tactum mitis, blandus, at fumosus est, ipse ardor semper æqualiter procedit, manet scilicet in eodem tenore, decrescit paulatim, vel crescit æqualiter, non per interualla remittit, repetit, & ad quartum fere hæc perseuerant diem, vltra quem si protrahantur symptomata, in aliam transit speciem, vehementior hæc est diaria, quæ curatione non eget, ideo à numero naturalium febrium merito exterminatur, mitior ac leuior altera sulphurei morbi specie, quæ carnem & fibras adoritur.

Si sanguis valde luxuriatit copia, transpiratione prohibita suffocantur, vel à syncope plenitudine & angina periclitantur, nisi vel virium robur, vel sudoris copia, vel exanthemata, aut hemorrhagia eos à morte vindicet. Hinc Gal. asserit, eos qui euasere phlebotomia, vel hemorrhagiam euasisse.

Scopus euacuationis hic est, euacuare copiā sangui-

ſanguinis, ardorem exſtinguere, & craſſitiem attenuare, ſi adſit, quoniam ipſe ardor & venæ ſectio, eam communiter ſoluunt. Quare oportet ilico ſecare venam. Nam natura recreatur, mole humorum depoſita, tum venæ ratione vacui loco depoſiti ſanguinis aerem ſeu ventum contrahent, quo ardor exſtinguitur. Si vires reclament, ſcarificatione, & magnis cucurbitulis ſanguis accidatur.

Quibus vena ſecta eſt, his poſt horas duas dabimus aliquid cibi, vt ptiſanæ ſuccum, & indicemus ægro quietem, ac ſomnum, tunc enim facile ſomnum captant, fatigati primum vigiliis ac materiæ mole.

A ſomno iterum cibum concoctu facilem exhibemus & ita æger pro virium exigentia per totam acceſſionem conſueto tempore cibo liquido tenui ac humectante nutriendus, aqua hordeacea moderate tepida potandus ad tertium vſque diem, quod ſi vires ferant, pluuia terra Lemnia, lapide Bezoardico condita, ac quarto die, quia facile tum ſudores prorumpunt, ad balneum tepidum ſi commode id fiat, ducatur. In hac affectione purgandum non eſt, quoniam malum nullum in ſtercore, niſi ob metum, ne maius ſuboriatur incendium, vel ob aluum aſtrictam, qua maior reformidatur obſtructio, quo caſu leue clyſma iniiciendum eſt.

SECTIO II.

De synocho putrida, altera morbi sulphurei specie.

PRimum morbi sulphurei genus maiori minoriue incendio duntaxat à se inuicem differre cap. de ente astrali indicauimus, huius mali eædem sunt causæ, sed validiores, idem incendium. At id magnas venas obrepit, adeo vt fibrarum sulphur liquescat, tunc dicitur synochus putrida, non quod humores putrescant, sed quoniam fibrarum sulphur colliquatur, fœtorem dat, non aliter quam si excrementũ fœtẽs ac sulphureũ moueatur, fœtidum spirat odorem. Similiter dum sulphuris ardor, fibrarũ sulphur tangit, resudat ex carne acris quædam fuligo, vnde exanthemata sæpe toto corpore efflorescunt liuida, nigra, adeo vt ideam ducat pestilentis, quę si die critico post signa pepasmi appareant, certam salutem alias mortem portendant. Hæc igitur nobis summa attentione consideranda sunt, vt temeritatis & ignorantiæ suspicione careamus, nisi enim error committatur morbus hic periculi expers est, nec eos fatigat quibus contingit habitus corporis gracilis, sed plethoricos & homines venosos inuadit, nec ferit ætatem frigidam & siccam, sed in otio degentes, quique subito ab inedia ad epulas deliciasque se vertunt.

Huius mali indoles est, quod totũ ilico hominem incendio inuoluat, sine prodromo, frigore, horrore, aut rigore ac iisdẽ se signis prodit

dit quibus synochus non putrida, sed manife-
stioribus, calor acrior, sitis maior, vrina crassi-
or, pulsus inæqualior, velociter se contrahens,
& tardius se distendes, gutturi flammam & quasi
tumorem recipit.

Quartum diē curiose obserua, si tunc cōco-
ctionis signa elucēt, crisis fiet die septimo, si die
septimo hæc coctionis symbola appareāt, sol-
uetur decimo quarto, eo .n. excurrere potest,
cuius hæc est causa, quia mercurialis partiū re-
soluentiū liquor, ardoris sæuitiam infringit, ac
restinguere conatur. quæ pugna vsq; protrahi-
tur, donec vnū alterū vincat. Si sulphur omnē
humiditatem absorbeat, mors sequitur, si mer-
curialis liquor ardorem sulphuris restinguat;
terminatur morbus ac pristina succedit sanitas,
quæ sequenti promouetur auxilio.

Quoniam ardor venas occupat maiores, ideo
oportet stercus venas meseraicas, vel intestina
obstruēs & infarciēs educere, quod fiet iniecto
leui clysmate aperiente ac detergente, talis est
sequēs. R. betæ, mercurialis, parietariæ Maluæ
an. M.i. Hordei M.i.s. pruna n.x. psillus ℥ii. co-
quantur in aqua communi ad ℔.i. in expresso
dissolue mellis rosati colati ℥i. cassiæ ℥s. salis cō-
munis p.ii. fiat clyster. Oleū nō debet addi, quo
niam facile inflammationē concipit, quod non
animaduertunt Misochymici qui oēs clysteres
ex oleo confarciunt. Vel hac potiuncula.

℞. Tamarindorum ℥i. lumbos vel pruna
 n.v. fu-

n. v, fumariæ M. i. s. sem. endiuiæ, citri, melonum an. ʒs. fl. violarum borraginis an. M. i. coquantur in aqua hordei ad ℥iii. in colatum dissolue Mannæ granatæ ℥ii. fiat haustus. Postmodum vena aperienda est, dextri brachii iecoraria, si propter menstruorum retentionē, vel hæmorrhoidum suppressionem; collecta foret multitudo, poplitis, vel malleoli vena esset incidenda, ipseque menstruus hemorrhoidumque fluxus, omni studio prouocandus, venis hac ratione depletis, cucurbitæ aliquot altero die dorso applicitæ proderunt.

Cibus porrigatur humectans, quantitate exiguus, quo scilicet ad morbi vsque exitum possit æger perdurare, siue is quartus, siue septimus sit. Potus aquæ decoctionis hordei, liquiritiæ, endiuiæ, cichorei, similiumque aperientium & abstergentium, isque non copiosior, quam qui concoqui possit exhibendus, hunc non administramus, quod posiit delere incendium, cum id in venis, quo hic potus non pertingit, sit conclusum; si quidem sola pluuia excitata, hunc tangit ardorem, eūque restinguit, sed hanc duntaxat ob causam administratur, ne incendium latius repat, ac sulphur excrementitium incendat, & maiora præcauentur symptomata.

Pluuia rad. chynæ & sarsaparillæ decocto, ex aqua lupuli, fumariæ, cichorii, endiuiæ, vtiliter promouetur, maius cataclysma aperient,

acetum

.cetum philoſophicum, ſulphur alcophil dul-
'e, fixus magneſiæ Saturninæ puluis, &c. Hæc
antam excitant pluuiam, qua cito omnis fe-
rilis ardor deletur. Remiſſo feruore balneum
quæ dulcis magnopere conducit. Huius in-
:ntionis ergo epithemata humectantia pecto
, cordi, iecori, teſticulis, ex aqua endiuiæ, ci-
ᴐorii borraginis, a- eroſæ, cum ſp. diarrhodon,
ionſandalon, applicentur. Maioris efficaciæ
abentur acetum philoſophorum, anima Sa-
irni, caphura, glacies paradyſi, ſulphur fixum
reuerberatum &c. temporibus cordi cæte-
.que membris principalioribus epithematis
guētiue forma ſubminiſtrata omnem mor-
ſulphurei ardorem reſtinguunt.

SECTIO III.

cauſo, quem morbum Vngaricum vocant, tertia ac vltima primi generis morbi ſulphurei ſpecie.

¬ Ertia morbi ſulphurei ſpecies dicitur cau-
. ſus, ideo quod in hoc affectu ardoris ple-
videantur omnia, vbi non tantum ſulphur
guini conſociatum ardet, verum etiam ſul-
ır ipſis excrementis ac ſordibus immixtum
rat, adeo vt ſulphur in magnis, paruis, cordi
ximis, vel ab eo remotis vaſis flamma incan
:at, ſemper vehemens eſt, nihil remittit, ſed
ɔetuo vrit, ſummum incendium intus fla-
:, validus æſtus præcordia ferit, delirāt ægri,

ægre ducũt ſpiritum, halitum fœtentem exſpirant, vomunt arida, acerba, & amara, niſi ante acceſſionem mercurialem ſuccum ingeſſerint, ſitis indelebilis adeſt, niſi adſit tuſſis, quæ fauces rigat. ſudor in fronte & clauibus paucus, in corpore reliquo nullus, lingua ſicca & ob id aſpera, nigra ab aduſtione, quoniã flãma guttur ipſum attingit. Extrema vt pedes, ſed magis manus frigida, acceſſiones diebus paribus, plurimũ quarto die: labores maximi, ſudores diutiſſime frigidi: extrema dum amplius non recaleſcunt, ſed liuida, ſubfrigida manent, ſitis nulla, vrinæ nigræ, tenues paucæ: aluus aſtringitur, ſanguis è naribus nullus aut paucus erumpit. Sexto die cũ ſudore moriuntur, breuiter.n. hęc rabies ſuã abſoluit choreã, nam cauſus exquiſitus nõ excedit ſeptimũ diem. Sin contingat extrema frigere, internis vrentibus, lypiriam appellant, ſignum lethale eſt, quoniam ſulphuris flamma craſſa viſcerum eryſipelas concitat.

Hoc malum exuſcitãt iter longũ, immodica exercitatio in aere calido & æſtu, ciborũ ardentium vſus, nimia vini generoſiſſimi ſeu vini ardentis ingurgitatio, & quicquid ſulphur incendere poteſt, id hanc irritat flammam, quæ ſe diu occultare neſcit, ſed ſubito per omnes totius corporis partes fertur, diffluens per cerebri & meningum venas, deliria, in cerebro autem & meningibus firmata, phrenitidẽ excitat.

Soluitur hic ardor à natura quidem critice

per

per sanguinis vacuationem, a Medico per ardoris extinctionem à potu frigido, clysmate humido tempestateq; excitata. Rigore superueniente sanatur, nisi vires debiles crisin perficere nequeant. Rigorem si morbus ad sanitatem desiturus est, necessario sequitur sudor, vel vomitus, vel stercoris deiectio, vrinæ expulsio, vel horum duo, vel tria vel quatuor simul. Similiter per hæmorrhagiam narium indicatur, sanguis enim feruens ad caput effertur vbi apertis & ruptis venis, cum aceruatis vaporibus effunditur à natura cæteris promptius dominatur. Quibus sanguis die tertio, aut quarto paucus fluxit, quia imperfecte fluxit omnes moriuntur. Icterus septimo die apparens Hermocrati malum. Fanaticus factus, dentibus si stridet, in propinquo mors est, quia omnis conuulsio, quæ in deliriū cadit, mortem esse propinquam significat.

Quamuis magnus & peracutus hic sit morbus, molliter tamen ac blande aggrediendus est, ne naturæ crisis impediatur, quam si moueat & qua, iuua, si imperfecte mouet, & eo educas, quo ipsa viam affectat, si substillum sanguinis naribus feratur setis porcinis, vel millefolio stimulentur, & vellicentur, si condolomata prorumpant, folio ficus fricentur, si vomitum cieat, is aqua tepida ebibita prouocetur.

Hic feruor & ardor commodiori medicamine deleri non potest, nisi frequenter & ilico.

iniecto clystere è lacte tepido, id enim visceribus adhærens intestina & viscera humectat, lac enim humidissimum est, ac omnis acrimoniæ expers, quod si id flatulentum verearis, coque, aut lactis huius serum à caseo & lacte cocto & calente secretum, dandum est, idque sæpe in die cohobandum.

Medicamenta purgantia quod acria sint & calida, prorsus sunt vitanda, hæc enim cito ægrum iugulant, eo quod sua acrimonia flammã solidis imprimant partibus, & eam nitrosa sua substantia à qua facultas purgatrix omnis promanat, foueant, adaugeant & exuscitent, tum quod ipsa natura ea perferre nolit, cum ea assumpta confestim euomant. In principio tamẽ morbi conceditur talis potiuncula. ℞. pulpę tamarindorum ℥s. fiat decoctio ex aqua, colaturę adde syr. rosat. laxat. ℥iii. cassiæ ℥vi. fiat potio.

Alterum subsidium haud contemnendum, quo hic ardor exstinguitur, est aqua pura fontana, in qua glacies paradysi sit soluta, ad satietatem vsque data; hæc ardorem delet, sitim arcet, flatu vacat, vrinam mouet, vel maxime aceto philosophico permixta, & quo maior ardor, eo largiori manu aqua concedatur. Eiusdem valoris esse commendant, aquam bibitam anguriæ, vel melonum. Decoctum acetosæ & tamarindorum cum pauco vitrioli oleo. Mucilaginem è psillii semine ac cidoniorum, cum aqua rosacea extractam, & cum aceto dilutam offeres

offeres sub auroram quod aura tunc frigidiore vires sint validiores. His administratis & vena secta huius ardoris frangitur immanitas, feriatur autem vena cubili interna ilico ante clysteris, vel paulo post eius iniectionem: si in capite fomes media vel cephalica pertundatur: mox frontis vena, ne firmet se materia morbifica, ac phrenitidem inducat, tum & hirundines circa aures & ad frontem ponantur, quo caput circumfluo sanguine exoneretur.

Cum incendii plena sint omnia, foris admouentur epythemata partibus principalioribus, praecedenti sectione praescripta, quibus vindicemus aegrum à periculo, quod illi ab hectica imminet. Cum necessitas dormiendi vrget, vnge nares & tempora, laudano, opiato, in aqua rosacea soluto. Ne lingua aduretur, os frequenter abluatur aqua, in qua glacies paradysi fuit soluta, si sordes inhaereat, post elutionem & humectationem per spongiam, asperũ linteolum vel instrumentum ad id consuetum detergendae.

SECTIO IV.

De intermittente stomachica.

Febrium intermittentium naturam & curationem cap. 3. superius recensuimus, quae tamen ad maiorem earum intelligentiam conducunt, hic recensere libet. Stomachicae naturalis effectrices causae sunt, quę crasso sulphure

iniecto clystere è lacte tepido, id enim visceribus adhærens intestina & viscera humectat, lac enim humidissimum est, ac omnis acrimoniæ expers, quod si id flatulentum verearis, coque, aut lactis huius serum à caseo & lacte cocto & calente secretum, dandum est, idque sæpe in die cohobandum.

Medicamenta purgantia quod acria sint & calida, prorsus sunt vitanda, hæc enim cito ægrum iugulant, eo quod sua acrimonia flammã solidis imprimant partibus, & eam nitrosa sua substantia à qua facultas purgatrix omnis promanat, foueant, adaugeant & exuscitent, tum quod ipsa natura ea perferre nolit, cum ea assumpta confestim euomant. In principio tamẽ morbi conceditur talis potiuncula. ℞. pulpę tamarindorum ℥s. fiat decoctio ex aqua, colaturę adde syr. rosat. laxat. ℥iii. cassiæ ℥vi. fiat potio.

Alterum subsidium haud contemnendum, quo hic ardor exstinguitur, est aqua pura fontana, in qua glacies paradysi sit soluta, ad satietatem vsque data; hæc ardorem delet, sitim arcet, flatu vacat, vrinam mouet, vel maxime aceto philosophico permixta, & quo maior ardor, eo largiori manu aqua concedatur. Eiusdem valoris esse commendant, aquam bibitam anguriæ, vel melonum. Decoctum acetosæ & tamarindorum cum pauco vitrioli oleo. Mucilaginem è psillii semine ac cidoniorum, cum aqua rosacea extractam, & cum aceto dilutam offeres

offeres sub auroram quod aura tunc frigidiore vires sint validiores. His administratis & vena secta huius ardoris frangitur immanitas, feriatur autem vena cubili interna ilico ante clysteris, vel paulo post eius iniectionem: si in capite fomes media vel cephalica pertundatur: mox frontis vena, ne firmet se materia morbifica, ac phrenitidem inducat, tum & hirundines circa aures & ad frontem ponantur, quo caput circumfluo sanguine exoneretur.

Cum incendii plena sint omnia, foris admouentur epythemata partibus principalioribus; præcedenti sectione præscripta, quibus vindicemus ægrum à periculo, quod illi ab hectica imminet. Cum necessitas dormiendi vrget, vnge nares & tempora, laudano, opiato, in aqua rosacea soluto. Ne lingua aduretur, os frequenter abluatur aqua, in qua glacies paradysi fuit soluta, si sordes inhæreat, post elutionem & humectationem per spongiam, asperũ linteolum vel instrumentum ad id consuetum detergendæ.

SECTIO IV.

De intermittente stomachica.

FEbrium intermittentium naturam & curationem cap. 3. superius recensuimus, quæ amen ad maiorem earum intelligentiam conducunt, hic recensere libet. Stomachicæ naturalis effectrices causæ sunt, quę crasso sulphure

& mercuriali succo viscoso ac tenaci abundát, qualia sunt frigida omnia & humida per se & per accidens, tēperatura natiua & acquisititia, infantia, pueritia, senectus, mulier, Eunuchus, consueta victus ratio in sumendis, admouendis, faciendis, educendis. Hyems suam seruans naturam regio cœli, flatus frigidus, humidus, vita ociosa, repletio, non solum à frigidis humidis, sed etiam à contrariis. Nam vinū quanquam calidum & siccum potestate est, tamen largius hausti vim Archæus ventriculi in actū producere nequit, aptissimam huius morbi sulphurei præter materiam, eius enim sulphur vna cum tartaro insito coagulatur, in massam, quæ si à motu, vel alia quauis calida causa accendatur, febris hæc genita est. Quæ suas fuligines in primis venas à porta ortas, siue in vltimas à caua natas, siue extra ipsa vasa in carnes viscerum, vel aliarum partium ventriculi intestinorum, cerebri, pulmonis capacitates trāsmittit. Vnde variæ huius morbi differentiæ desumuntur, vt alia sit exquisita, alia notha, alia mixta, quæ cum curationem non immutent, eas silentio præterimus.

Intermittens hæc stomachica febris horrore & frigore maxime dignoscitur, cuius causam hanc adfert Paracelsus. Quam primum scintilla insiliens globum accendit, flamma resoluit superfluitates & corpus humectat, sic & nix à sole liquata & resoluta frigus parit, si vero

hoc

hoc euictio, calor iam dominari incipit, tum is humiditatē corporis resiccare annititur. Qua etiam causa sudor sequitur, quia scilicet nix in homine liquata est, & denuo ad suam formam redire nequit, ideo extra corpus exigitur. Et ratione niuis huius sudor conuenit ac bonus est. Porro sicut fulmen, quod ferit, terram quatit, fragore suo domosque & areas motat, ita hic in hoc casu terræ motus quoque ingruens nihil est aliud quam fulminis fragor naturalis in natura inuisibilis. Hoc feriente totum corpus attollitur & concutitur, quam diu motio durat. Terræ motu cessante & ad centrum redeunte, tremor quoque & succussatio cessat. Fragore euanescente ardor subsequitur, situm concitat, vires frangit, premit, grauat. Accessio tertianæ longior, impurior minus siticulosa. Non enim deurit, quoniam parum nitri hic globus in se habet, nec corpus nudare, & pallia ac stragula deiectare cogit, nihil cum hepatica commune habet: in regionibus frigidis Septentrioni propinquantibus frequentissima.

Curationem superius indicauimus, ventri ad coctionem iuuandam emplastrum mastichinum aceto madefactum applicetur, spina dorsi illinetur ol. vel arcano sulphuris condita & tabellæ ventriculum roborantes sedulo subministrentur. Conseruæ rorismarini, stœchados, menthæ, corticum citri fl. cichorij

vtiles

353

vtiles cum ſp.diarrhod.& exigua portione diagalangæ ex ſyr. roſac. in formam debitam redactæ. Ita ex ſp. Diarihodii, troch. de Rhabarb. ſp. diagalangæ an. ʒ. s. cum ſacchari albi aq. fœniculi ſoluti ℥ii. fiant tabellæ: globus medicinis ſupra dictis diſſoluatur, diſſolutus iiſdem expurgetur, ac fuligines per ſudorifera expellantur.

SECTIO V.

De intermittente hepatica.

Febris hepatica καυσώδης plane eſt, & cum καύσῳ conuenit, non ſolùm acceſſionis vehementia, verùm quod & παρέγχυματα & corporis partes tam inferiores quàm ſuperiores feriat, differt ab eo, quod hæc ſemper inuadat cum rigore, h. e. omnium partium corporis concuſſione, quam flamma in hepate; à nitro accenſo per totum corpus inſtar vehementis venti percurrentis excitat, accenſa durat, donec vel vomitu, aut ſudore, aut vrinis, aut deiectione aut duobus, aut tribus, aut omnibus ſimul vacuetur, qua eiectione ventus ſuſcitatur, qui flammam reſtinguit, & ſuccedit intermiſſio ad ſenſum integra. In cauſo autem nulla eſt acceſſionũ intermiſſio; Nam ſulphur ſanguini aſſociatũ flagrans, in vaſis continetur. agitatione nõ euacuatur. Oportet igitur naturã victricem expectare, donec rigore ſuperueniente oſcula venarum ſe aperiant, & materiam noxiam deponant,

nant, nec rigor emolumento est, nisi crisis na adueniat.

Rigorem commouent partes nitri accensi iscentes à globo, quę vbi incidunt, ibi pun- it, feriunt, eiaculantur vero ad partes car- iores & sensibiles; compactæ enim scintillæ tar currentis ignis; nitro, puluere tormenta- , ac carbonibus, arefacti, in partes remotio- auolant, neque enim semper transmittitur endium, à venis extra ve as, quin imo à par m cancauo instar ignis reuerberii flamma ctante vasa incandescunt, subito namque imilitudinem lignorum aridorum massa il- alphurea nitrosa in hepatis cancauo contē- nflammatur, hæc si æqualiter ardeat, fit ter- na exquisita, sin inæqualiter, nunc has nunc reuerberet partes, fit notha; Quod si plu- globuli in hepate detinentur, nec simul ar- nt, sed vno die ab vno, altero die ab altero catur incendium, fit tertiana duplex, quæ n sub eodem curationis termino compre- ndantur negligenda sunt.

Globus ille coaceruatur è cibis calidis, ni- sis, acerbis ac sulphureis, ad cuius compa- onem, coagulationem, conspirant, ætas iu- ilis, labor, cura, mœror, vigiliæ, aer æstiuus, atis constitutio calida, constricta, vina tur- a, ira, & eiusmodi quibus corpus nimium catur & obstruitur, ideo velociter accendi- , & ignis quidem purus alta flamma corpus

percu-

percutit, absque caligine fumosa, vnde rigor, qui huic proprius, quo à cæteris dignoscitur. Hic enim mordax est,& ægrum deurit, vt corpus nudare, stragula iactare, multum etiam sæpe respirare cogat. Vrinæ signum inane, & fallax est, quoniam iuxta digestionem, anni tempus, ægrique obtemperantiam singulis hæc mutatur horis, quo ad hypostasin & colores. Per diuretica omnium facilime curatur, vt superius dictum est. Hepar & testiculi anima Saturni, aceto philosophico cōspersa, foueantur.

SECTIO VI.

De intermittente splenitica.

FEbris splenitica quarto commouetur die, cuius rationem superius diximus. Securior est quæ primum inuadit, neque aliis morbis succedit. Febris enim quę degenerat in quartanam, nec medicina abbreuiatur, aliquando ad duodecim annos perdurat, superueniente hydrope interimit. At quanta ipsa per se, & quantum in se est, periculo vacat, & morbos magnos vt Epilepsiā, paralysin sanat. Æstiuæ quartanæ magnā partē breues, autumnales longæ, & maxime quæ hyemē attingūt. Aph. 25. lib. 2. Quintana omnium pessima, phtisicis superueniens interficit. Curatio superius tradita est.

SECTIO VII.

De Hectica vltimo morbi sulphurei genere.

MArasmodis naturam, signa, ac prognosin superius diximus, nunc de hectica proprie

e dicta, in accensis partibus solidis, illarum phur lento ardore exiguo & æquali conti-o deuorante aliquanto post pastum nonni- exacerbante. Ardor hic à cibo non aliter agitatur, ac si calx aliquo hun ore irrigetur, eqenter succedit febribus continuis, & acu-s male curatis, non humectatis potu intem-estiuo aquæ frigidæ, aliisque remediis non hibitis medio thoraci & hypochondriis. Imo ontra perperam calefactis & siccatis inedia tri-ii à diatritariis & cataplasmate ex atrom lite ictis partibus admot. Diaphragmati inflammato succedens hectica prius interimere solet, quam sit perfecta.

Incipit cum ardor humorem alimentarium rorem gluten cambium inuasit. Confirmata dicitur, cum sulphur partium solidarum consumpsit. Non raro euenit, vt Diariæ ac Ephemeræ succedat hectica, ardore ex vago & mobili sulphure in fixum ac stabile serpente, item magnis euacuationibus, vt hæmorrhagiæ, di r rheæ, disenteriæ, lienteriæ, phtisi aliisq; vlceribus ac inflammationibus.

Dignoscitur, quod post pastum calor exacerbatur, præsertim in manibus & pedibus, frons arida & intenta, oculi caui, palpebræ ægre aperiũtur, sed conniuent, vt dormituriẽtibus, tẽpora collapsa & caua consumptis musculis crotaphitis, pulsus frequẽs debilis ac paruus, cutis tactu sicca, quæ digitis apprehẽsa corii sicci instar rigeat. Incen-

Incendium hoc si principium transierit, nō facile exstinguitur, eius suffocatio potius diæta quam pharmacia perficitur. Balneum actu tepidū, quod habet vim humectādi confert incipienti, non confirmatæ, quoniam adiuncta frigiditate nimium refrigerat & constipat cutis poros ac ardorem versus cor propellit, lauetur quotidie semel, moretur in balneo, si potest per 4. horas. Hauriat illic lac asininū cum saccharo violato, rosato, à balneo mox inungatur anima Saturni cum aceto philosophico diluta. Aluus renitens chysmate sollicitabitur, ex violaria, borragine, parietaria, malua, branca vrsina, rad. altheæ, sem. lini floribus chamomillæ coctis iusculo expresso permiscetur cassia, cum pauco sale.

CAPVT VIII.

De communi cuiuslibet morbi sulphurei viuendi ratione.

SECTIO I.

De Aerè.

CVm viuendi ratio, in sex rebus naturalib. aere, cibo potu, motu quiete, somno, vigilia, animique pathemate consistat, Medici officium est, rectum eorum vsum præscribere, & administrare, ne vel morbum augeant, vel medicamenti virtutem impediāt, sed potius illius pruden-

identia eo dirigantur, vt non minus illa, ac
emet medicamentis morbum expugnent.
Ab aere vt auspicemur, is, vel iuuat ratione
spirationis, vel ratione ambientis. Aere si-
idem inspirato, à pulmone attracto, conco-
& sanguini incorporato spiritus refocil-
itur, ac sulphur nostrum mobile flamma de-
populatum instauratur. Huius igitur gratia al-
randus est aer, ad humectationem, quatenus
imirum alimenti instar intus assumendus &
er inspirationem attrahendus. Oportet igitur
primis alterare aerem, aqua rosata, succo ci-
ri arantiorum & odoratis, quæ reddunt aerem
urum, talemque vt ex ipso natura sulphuris
nobilis reficiatur, quæ odorum beneficio re-
paratur, ideo conuenit camphorā, flores Nym
pheæ, violarum, rosarum sæpe naribus admo-
uere, ac olfacere, cubile conspergere aqua fri-
gida, iuncis, gramine, salice, foliis quercus, vi-
tis, lactuca, &c.

Quatenus vero aer corpus externe ambit, temperatum imperamus aerem, & ne detecti iaceant ægri, alias ab aeris frigiditate meatus cutis constipentur, quibus constipatis perspiratio intercipitur, & per consequens incendiū inualescit, idq; meo iudicio quicquid alii sentiunt, sedulo ac stricte obseruandum est. Dum n. corpus tegitur, laxato corporis habitu fuligines citius exspirant, ac facilius pluuialis tempestas excitatur, qua omnis exstinguitur ardor.

SECTIO II.

De recta cibi conuenientis administratione.

CVm in omni auxilio, quo morbus oppugnatur, exhibēdo ægri vires, ipsumq; morbū contemplari oporteat; Cibus quoq; ratione viriū, vt eæ custodiātur ne cōcidant, tū ratione morbi vt is expugnetur, erit administrandus.

Idcirco institui debet victus virium ratione optimi succi, paucarum superfluitatū facilis cōctionis, distributionisq; in quibus non sulphur, sed mercurialis liquor, quo ardor febrilis exstinguatur prędominetur. Eiusmodi sunt carnes vituli, caponis, pulli, perdicis, auicularum montanarum, cum limonibus aceto, agresta, lactuca, endiuia, cichorio, concoctæ vel conditæ, vitellum oui, testiculi gallorum, pisces saxatiles lucii, funduli, trutæ, aschæ, & alii quorum non omnium vbique copia.

Ratione vero morbi, cuius essentia est ardor sulphuris, administrari debet victus humectās, vt ptisana, lactuca, portulaca, spinatia cocta ex iusculo, vel in acetario, cum acetō, pruna, cerasa, poma mali citrii medulla, & alia id genus.

Inuentis remediis rectam indagemus eorum administrationem, quæ in quantitate modo, & tēpore cōsistit. Quantitas cibi indicatur à viriū robore, vires quo debiliores sunt, eo etiā maius requirunt nutrimentum, quo aūt morbus vehementior, tanto etiā magis minuente & alterante victu vtendum erit. Vbi igitur virtus est valida, non licet frui carnibus, nec cōtusis, nec

destil-

destillatis, nec aliis multū nutrientibus, quæ in hydromantia nostra cap. vlt. explicata sunt. Si aūt virtus sit debilis, licet morbus validus, victu vtendū est plurimū nutriente. Robusta quoq; virtus cibū copiosum concoquere potest, ideo vnica vice iis dare licet cibum, si vero virtus debilis, cibus dari debet in pauca quātitate, & pluribus vicibus. Oportet iucundum administrare cibum, vt nauseam inhibeamus, loco panatellæ mulieres nostræ iuscula arida & iucunda gelata præparare norunt.

In primo morbi sulphurei genere quocunq; tempore cibū dare cōuenit, minoris tamen afflictionis hora eligenda, vel consuetum cibādi tempus obseruandū est. Quoniam rationi consonum est, vt natura ratione cōsuetudinis & hora facilius possit cibum perferre, nec erit prȩter rationē, dare cibum hora vel aere tepidiore ac humidiore v.g. tempore ȩstatis, hora minus calida. Nam licet affectus iste eundem seruet tenorē, ægri tamen hora diei calidiore magis cruciātur assūpto cibo, secus eueniet circa diluculū vesperasq;: tunc .n. facilius morbū perferūt.

Neque cibus supra cibum cumulandus est, quo augentur obstructiones; Neque varia cibaria simul ingerenda sunt, ne cōcoctio impediatur. At quidam adeo nauseabundi sunt, vt si eis tantum vnus cibus offeratur, parum comedant, diuersisque cibariis consueuerunt, quibus si præbeatur sola caro pulli, eorum vires concidant, horum cōsuetudini conniuendum

ac aliquid condonandum est.

In intermittentibus sedulo obseruandum est, quod in ipsa accessione non sit edendum, quoniam natura tunc morbum oppugnat eiq; resistit, quæ dato cibo, à pugna ad perficiendã concoctionem retrahitur, ac ita duplici malo magis grauetur, tali enim errore morbi sulphurei prolongantur, simplices duplicantur, intermittentes degenerant in continuas, salutares in periculosas ac lethales. Ab eo ergo abstine, quoniam totum non est, pugnare duobus.

Vtrum autem offerendus sit cibus per 4. vel quinque vel sex horas ante futuram accessionem, iudicatur ex virtute, prout scilicet vel potest cibum concoquere: ante accessionem, si sit virtus robusta, per plures, si debilis, per pauciores horas cibum dare oportet.

SECTIO III.

De potus administratione.

FEbrile incendium microcosmici venti flatu, pluuiarum imbriumue inundatione restingui, satis superq; dictum est, qui vero aqua imbibita in eundem conspiret effectum, quæ, qualis quanta, quando exhibenda, nunc dicere ordo doctrinæ postulat.

Ad mentem Hippocratis eligimus coctam, non crudam, quoniam per concoctionem pars crassior aquæ descendit, atque residet, & ideo aqua depuratur, fitque expers crassioris partis, quæ si cum carne coquatur, eiusque ius destilletur, magis nutrit, simul & ardorem restinguit,

tenuior

tenuior & clarior effecta, ne in ventriculo diu immoretur, alteretur aceto, acetositate citri, prunellæ sale, seu glacie paradysi & eiusmodi. Vt appropinquāte crisi simul sudorem moueat, diluatur decocto fœniculi, petroselini, piperis, cinamomi, & huiusmodi aliis. Huius intentionis gratia, si vires sint imbecillæ oligophoron admittimus, ne tamen error hic committatur potius commendamus aquam carnis, quæ vires roborat, nec ab essentia morbi prohibetur, non enim hæc si à pinguedine sit secreta, sulphur in se continet, quo vinum scatet, & morbus incrementum sumit.

Aqua igitur præferenda est, nisi ventriculi imbecillitas viscerum tumor, obstructio vel latens in venis incendiū prohibeant. Quare dauda nō est his, qui ventriculi imbecillitate, phlegmone, erysipelate, schirro, œdemate in visceribus laborant. Aqua enim actu & potentia frigida obstructio venarum omniumque ductuū augetur, si quidem frigus omnia cogit, densat, incendium vero non frigiditate sed humiditate deletur. Ideo in Ephemera non nisi ob metum maioris incēdii aqua porrigitur, quia data incendium non attingit, coctionem impedit, ventriculū frigore lædit, hinc tutior est multo vsus aquæ decoctionis hordei liquiritiæ, & cinamomi. Item cichorei, endiuiæ, fumariæ, cicirbitæ, sonchi, humectantium aperientiū & abstergentium isque non copiosior quā qui concoqui possit, ne sua frigiditate adiuncta lædat.

L 3 In cau-

In causo aquā ad satietatem administramus, eo quod ardor in ventriculo intestinis cæterisque amplioribus concauitatibus persistit, per quas partes cito transit, easq; humectat, vt vel hoc solo remedio omnis ardor exstinguatur.

In accessionibus intermittentium à potu omnino est abstinēdum vsq; ad declinationem, quando ore egregie colluto, lingua mundata humectataq; exhibendus ægro haustus tepidę hordeaciæ sufficiens, vt ægrum satiet, tumque ad somnum & sudorem cōponendus, eo enim soluitur febris. Aliis accessionis temporib. fallenda sitis collutione ex aqua aceto mixta, cōserua citri ore detenta & similibus.

In stomachica intermittente potus sit aqua in cuius ℔.vi. hordei M z. liquiritiæ ℥s. hyssopi M.i. coquantur, in pastu olygophorum admittendum, ante paroxismum vinum calidum saccharatum, globum sulphureum dissipat, consumit ac expellit.

In hepatica aqua rad. graminis cichorei passulis cocta, vinum album ac tenue plurimaque aqua delutum, in declinatione paroxismi sudorem euocabit.

Splenitico incendio succurritur diebus intermissionis vino aqua hordei diluto, Aqua duplici vase destillata è rad. gentianæ, vel vino, in quo per noctem folia saluiæ maduerint.

Hecticis potus optimus est, aqua hordei cū prunis, passulis, cerasis, seminibus frigidis maioribus cocta, hinc licet permiscere in pastu aliquid

quid vini, pauci ferri rubelli. Assuetis cereuisia tenuis hordeacea parum lupulata non est neganda.

359

SECTIO IV.

De motu & quiete.

NImia exercitatio non solum corpus calefacit, verum nonnũquam tam mobile excrementitiumq; quam partium solidarum sulphur accendit, ac magnum excitat incendium. Recte igitur Hippocrates: Otium naturis calidis amicum esse pronunciat. Omnia namq; corporis membra refrigerat. Quare non debent se exercere febricitantes, sed quiescere, eius locũ tamen frictio extremitatum subit: ac intermittentibus leue exercitium vtile est, quoniam absumit materiã distribuit à loco affecto extrorsum ad superficiem vel ad vrinam, ac stercora propellit, cum quibus excernitur.

SECTIO V.

De somno & vigilia.

CVm die vigilandũ noctuq; dormiendum sit, somnus nec immodicus nec superfluus esse debet, quoniã per somnum fit attractio superfluitatũ versus cor, per vigilias vero distributio à centro ad superficiẽ, vnde si somnus sit æquo diuturnior, aggrauabuntur, replebũturque viscera, quoniam cibus concoctus non distribuitur sicuti oportet, vnde requiritur somnus præcipue nocturnus, nisi accessio paroxismi prohibeat, quoniam in intermittentibus dormiendum est potius in declinatione, quam reliquis temporibus. Nam

Nam in principio acceſſionum maxime noxius eſt ſomnus, quoniam ſulphur mobile accenſum ad cor trahitur, illudque lædet, minus autem in augmēto, adhuc vero minus in ſtatu, minime vero omnium in declinatione.

Somno nimio ſi calor intus collectus excreuerit, excitādus æger clamore, vellicationibus, cucurbitulis affixis, odore caſtorei, aceto & ſimilibus. Vbi aūt opus ſomnū conciliare, vtere laudano opiato, in aqua roſacea cum croco ſoluto illinendo tempora & nares. Fomento pedum & manuum ex decocto papaueris hyoſciami, lactucę, borraginis, maluæ, violarum quorū vapor per ſpongiam naribus etiam excipi poteſt, lacte amygdalino, & id genus aliis.

SECTIO VI.

De animi affectionibus.

QVomodo animi affectus ſulphureū morbum creant, quibuſue mediis iis ſubueniatur, cap. 5. ſupra diximus. Animo vtique ſolatia quærenda ſunt. Animi namque tranquillitas concoctionem iuuat, gaudium materiā extortum mouet, hilaritas ergo muſica, iucundis cōfabulationibus aliiſq; pro ægri conditione mediis procuretur. Multum ſolabitur, ſi acceſſiones quamdiuque eædem duraturæ ſint, ac finem morbi prædixeris. Mœrorem vero & iram procul ire iubeat, ira enim inflammat, omnia commouet, variiſque modis corpus diuexat atque conturbat.

FINIS.